Νυκταί.] Lege νηκτάν. Natatorem à νήχω. νήξω. nato. proquo & νήχομαι. Sic autem epigram. lib. 6. pag. 415. ep. 20. ſcribitur.

> Ὀπισθοβάμον', ἀσφάλακα, ὀκτάποδα,
> Νηκτὰν τ' ἐρυμνόνωτον, ὀρθοχήλεα,
> Τῷ Πανὶ τὸν πάγουρον ἐρμηνεῖ ...
> ... ἄγρας ἀπαρχὰς ἀντίθησι Κώπας...

Ὀπισθόδομος. μέρος τι τῆς ἀκροπόλεως τῶν

F ἀθηναίων, ἔνθα ἦν τὸ ταμιεῖον, ὄπισθεν τοῦ τῆς ἀθηνᾶς ναοῦ. ἐν ᾧ ἀπετίθεντο τὰ χρήματα. δημοσθένης ἐν τῷ περὶ συντάξεως. ἀνέῳξαν δή που πρώην τινὲς τὸν ὀπισθόδομον.

Ὀπισθόπους δίκη. ἡμέραν ἀκολουθοῦσα τοῖς ἀ-

ὀπισθόδομος. Opiſthodomus. Pars quædam arcis Athenienſium, vbi erat ærarium, poſt ędem Mineruæ, in quo pecuniam reponebant. *Ariſtop. Pluto. pag. 55. v. 5. Schol. annot. 1. Item* Demoſthenes in oratione De Syntaxi. *i. De militaris ſtipendij contribuendi ratione.* Quidam profectò nuper aperuerunt Opiſthodomum. i. ærarium.

ὀπισθόπους δίκη. Vltio *facinoroſos* inſequens-à-tergo. Vltio, quæ iniuſta-facinora *ſtatim, &* μεθ' ἡμέραν. *i.*

poſtridie ſequitur, *perſequitur. vel*, κατὰ τὴν αὐτὴν ἡμέραν. *i. illo ipſo die, quo peccatum eſt.*

Ὀπίσω. Retrò. A-tergò. Ponè. Poſt.

Ὀπίσατον. Vltimum. Poſtremum. Extremum.

Ὀπίτης. Opites. Nomen proprium.

Ὅπλα φωτός. Arma lucis vocat Apoſtolus ipſa virtutum opera.

Ὁπλαί. Pyxides. Vngulæ. Equorum vngues.

Ὁπλή. Vngula. Rotundus pes, *vngula ſolida, & rotunda* inmentorum, vt boum, ouium, & reliquorum *animalium* paruos vngues habentium in poſterioribus pedibus. Propriè verò ὁπλὴ *dicitur* in equis. Ariſtophanes tamen *in Acharnenſibus pag. 291. v. 8.* ὁπλὴν de porcis dixit. Et Simonides *in illo ſenario*, ὁπλάς *&c.* Vngulas mouebat iam poſteriorum pedum. Et Heſiodus de bobus dixit ὁπλαί. Et contrà de quo *dixit*, Νύσσοντες χηλῇσιν. Pulſantes vngulis. χηλὴ *enim eſt bifida, ſiue biſulca vngula, qualis eſt boum, & ceruorum.*

Ὁπλιστής. Armatus. Vel ad armaturam pertinens. Vel qui armat, *vt in quodam pentametro de quodam milite dicitur, qui omnem armatura ornatum amiſerat,* Illum, qui omnem *corpus* armantem ornatum amiſit.

διήματιν. A

Ὀπίσω. ὄπισθεν.

Ὀπίσατον. τελευταιότατον.

Ὀπίτης. ὄνομα κύριον.

Ὅπλα φωτός, ὁ ἀπόστολος. αἱ τῶν ἀρετῶν ἐργασίαι.

Ὁπλαί. αἱ πυξίδες. τῶν ἵππων οἱ ὄνυχες.

Ὁπλή. ὁ κυκλοειδὴς πούς τῶν κτηνῶν. οἷον βοῶν. προβάτων. καὶ τῶν λοιπῶν τῶν ἐχόντων μικροὺς ὄνυχας ἐν τοῖς τῶν ποδῶν ὀπισθίοις. κυρίως δὲ, ἐπὶ ἵππων. ἀριστοφάνης δὲ, ἐπὶ τῶν χοίρων ὁπλὴν εἴρηκε. καὶ σιμωνίδης. ὁπλὰς ἐκίνει δὲ ὀπισθίων ποδῶν. καὶ ἡσίοδος. ἐπὶ βοῶν ὁπλάς. καὶ τὸ ἐναντίον ἐπὶ ἵππου νύσσοντες χηλῇσιν. B

ὁπλιστὴς ὁ ἐκ τῶν ὅπλων. πάντα τὸν ὁπλιστὴν κόσμον ὀλωλεκότα.

Ὁπλῖται. Armati. Peltati, *cetrati, &* velites ſunt pedeſtrium, & bellicoſorum copiarum *milites*. Habent tamen *ſua* diſcrimina. Nam ὁπλῖται quidem vocantur illi, qui grauiſſima armatura vtuntur, more Macedonico, ſcutis rotundis, & haſtis longioribus. ψιλοὶ verò, *q. d. nudi. i. leuiter armati, ſunt illi*, qui leuiſſima *armatura* vtuntur, arcu, & iaculo, & lapidibus è funda vel è manu *iactis, emiſſis.* Peltati verò, media ferè armatura vtuntur. Pelta enim eſt quoddam paruum, & leue ſcutum. Ipſæ quoque haſtæ, *quibus vtuntur iſti, ſunt* longè breuiores hoplitarum *haſtis.* Sunt etiam curulium certaminum tria diſcrimina. Et Ariſtophanes. Animum depone, procumbens in iram tanquam grauis-armaturæ-miles. Id eſt, Cùm arma non habeas, animo tantùm belligera.

Ὁπλῖται. πελτασταὶ, ψιλοὶ τῆς πεζικῆς εἰσὶ, καὶ μαχίμου δυνάμεως. ἔχουσι δὲ διαφοράς. C ὁπλῖται μὲν γὰρ λέγονται, οἱ βαρυτάτῃ ὁπλίσει κεχρημένοι κατὰ τὸν μακεδονικὸν τρόπον. ἀσπίσι περιφερέσι, καὶ δόρασι περιμηκεστέροις. ψιλοὶ δὲ, οἱ κουφοτάτῃ κέχρηνται, τόξῳ, καὶ ἀκοντίῳ, καὶ λίθοις ἐκ σφενδόνης, ἢ ἐκ χειρός. οἱ δὲ πελτασταὶ, μέσῃ πως κέχρηνται σκευῇ. ἡ γὰρ πέλτη, μικρά τις ἐστὶν ἀσπιδίσκη, καὶ κούφη. καὶ τὰ δόρατα πολὺ τῶν ὁπλιτῶν λειπόμενα. εἰσὶ δὲ καὶ τῆς ὀχηματικῆς δυνάμεως τρεῖς διαφοραί. καὶ ἀριστοφάνης. τὸν θυμὸν κατάθου κύψας παρὰ τὴν D ὀργὴν ὥσπερ ὁπλίτης. οἷον ὅπλα μὴ ἔχων, θυμῷ πολέμει μόνον.

Ὁπλιτεύειν. Armari. *Vel Grauis-armaturæ-militem eſſe. Rem militarem exercere.* τῶν ὁπλιτῶν ἄρχειν. *Grauis-armaturæ-militibus-præeſſe.*

Ὁπλιτεύειν. ὁπλίζεσθαι.

Ὁπλίτης. Grauis-armaturæ-miles apud Thucydidem aſſumitur non vt remigaturus: *at vt nauis defenſor futurus.* Nauta verò, vt remigationis ſocius aſſumitur.

Ὁπλίτης. ὡς μὴ ἐρέσσων. παραλαμβάνοιτο παρὰ θουκυδίδῃ. ὁ δὲ ναύτης, ὡς κοινὸς τῆς εἰρεσίας παραλαμβάνεται.

NOTAE.

Παραλαμβάνοιτο.] Malim παραλαμβάνεται, vt ſtatim ſequitur. Et, ὡς κοινωνός. E

Ὁπλότερος. Iunior. Duobus modis *hoc nomen* ponitur apud Homerum, & comparatiuè, & abſolutè. Dixit verò χαρίτων ὁπλοτεράων. i. Gratiarum iuniorum quia duas Gratiarum natiuitates ponit Homerus, Seniorem, & iuniorem. Quare comparatiuè dicit iuniorum. *Iliados Ξ. pag 517. ver. 27. fortaſſe legendum,* πρεσβυτέραν, καὶ νεωτέραν.

Ὁπλότερος. κατ᾽ ἄμφω δίδοται παρ᾽ ὁμήρῳ. καὶ συγκριτικῶς, καὶ ἀπολελυμένως. χαρίτων δὲ ὁπλοτεράων, ἐπειδὴ δύο γενέσεις χαρίτων ὑποτίθεται ὅμηρος, πρεσβυτέραν, καὶ νεωτέραν. διὸ συγκριτικῶς λέγει ὁπλοτεράων.

Ὀπός. Succus. Arborum lachryma, & deſtillatio, *ſtilla, guttáque* lactis. *Ariſtoph. in Pace. pag. 479. ver. 5. Schol. annot. 4.* Et, Eximia eſt tilia, *L.* φίλυρα vel paruaruta, vel lachryma, *ſuccúſque* pubertatis omnis. *N. L.* ῥύτη. ἡ. *ruta.* ῥυτίς. ἡ. *diminutiuum. Aliàs* ῥυτίς. ἡ. *Ruga genit.* ῥυτίδος.

Ὀπός. τὸ τῶν δένδρων δάκρυον. καὶ τὸ ἀποστάλαγμα τοῦ γάλακτος. θεόκριτος ἐστὶ φίλυρα τε, ἡ ῥυτὶς, ἢ ὀπὸς ἥβης πάσης. F

Ὀπός. Vocis. Vt, καὶ δι᾽ αἰφνιδίου ὀπός. Et per repentinam vocem, hoc eſt, *per vocem* afflatu-diuino-editã.

Ὀπὸς καὶ δι᾽ αἰφνιδίου. ὀπὸς τουτέστιν, ἐνθουσιαστικῆς.

Ὁπόσην πλείστην. Quantam maximam. Vt, Exercitum quantum maximum pro facultatibus emittere potuiſſet.

Ὁπόσην πλείστην. στρατιὰν ἐκπέμπειν ὁπόσην πλείστην ἐκ τῶν ὑπαρχόντων ἂν οἷός τε ἦν.

A Ὁπόσον. καὶ ὁποσονοῦν, ἐπίρρημα. ὁπωσοῦν δέ.

ὁπόσον. Quantum. & ὁποσονοῦν. quantumcunque. Aduerbium. ὁπωσοῦν verò, quomodocunque.

Ὁπότερος. ὁποῖος. ἀριστοφάνης νεφέλαις. ὁπότερα τὴν γνώμην ἔχει περὶ τῶν ἐμπίδων. τουτέστι, πῶς διαλογίζεται, καὶ διανοεῖται περὶ τῶν ἐμπίδων. ἐμπίδες δὲ, οὓς ἡμεῖς κώνωπας καλοῦμεν.

ὁπότερος. Vter. Qualis. Vtram ſententiam ſequēs. Ariſtophanes Nubibus. *pag.68.v.3.Schol.annot.2.vnde Suid.* Vtro-modo ſententiam habeat. *i. vtrum ſentiat, culices Per os ſuperum* canere, an verò per os inferum. *Vide locum. Nam aliter ibi.* Hoc eſt, quomodo ratiocinetur, & cogitet de culicibus, *quidnam de culicibus, & eorum cantu ſentiat.* ἐμπίδες autem. i. culices, ſunt illi quos nos vocamus κώνωπας.

Ὁποτέρωθεν. ἀπὸ ποίου μέρους.

ὁποτέρωθεν. Ab-vtra-parte. Vel, à-qua-parte. Vnde.

B Ὅπου γε δή. ὅπου αἱ ἔλαφοι τὰ κέρατα ἀποβάλλουσι. τουτέστιν, ἐν δυσβάτοις, καὶ τραχέσι τόποις. φασὶ τὰς ἐλάφους παρατρίβούσας τὰ κέρατα ἀποβάλλειν πρὸς θάμνοις. ὅθεν ἐπὶ τῶν ἐργώδως τὰς διατριβὰς ποιουμένων εἰρῆσθαι τὴν παροιμίαν.

ὅπου γε δή. Vbique locorum. Vbi cerui cornua abiiciunt. Hoc eſt, in inacceſſis, & aſperis locis. Aiunt ceruas ad frutices atterere cornua, & *ſic* abiicere, *& in locis remotis, aſperis, & auiis occultare.* Vnde prouerbium hoc dictum-eſſe *putant* in eos, qui nimiam moram in opere trahunt. *Eraſ.ad.Chil.2.Cent.5.col.496.ad.71. Vbi c.a.c.*

Ὀπούντιος. οὗτος ἐσυκοφαντεῖτο ὡς πονηρὸς, καὶ μονόφθαλμος. ἀριστοφάνης.

ὀπούντιος. Opuntius. Hic vt improbus, & monoculus perſtringebatur. Ariſtophanes *in Auibus. pag.374.v.4.Schol.annot.4.vnde Suid. at aliter ibi.*

Ἀλλ' ἔγωγ' ὀπούντιος

Οὐκ ἂν δεξαίμην ἐπὶ ταλάντῳ χρυσίῳ.

At ego ſaltem Opuntius

Non eſſem, eſſe nollem *pro talento aureo.*

C Λέγει οὖν, ὅτι οὐκ ἂν δεξαίμην τυφλός. τοὺς οὖν τυφλοὺς οὕτω φησίν.

Dicit igitur, Nollem eſſe cæcus, *quamuis mihi talentum aureum daretur. Vide & pag.417.v.3.* Cæcos igitur ſic appellant.

Ὄπωπα. ἐθεασάμην.

ὄπωπα. Vidi. Conſpexi. Contemplatus ſum.

Ὀπωπή. ἡ πρόσοψις.

ὀπωπή. Viſus. Intuitus. Aſpectus. Conſpectus.

Ὀπώρα. καὶ ὀπωρικόν. τοὺς βασιλικοὺς παραδείσους ἐξέτεμον, οἳ δὴ πλεῖστοι ὀπωρίμων δένδρων ἦσαν.

ὀπώρα. Omnium autumnalium fructuum exteriorem corticem molliorem habentium prouentus. Vel etiam idem eſt, ac ἀκρόδρυα, fructúſque ſignificat, qui corticem ext. moll. habent. & ὀπώριμον. fructiferorum. Vt, Regios paradiſos exciditi, qui fructiferarum arborum erant pleni.

Ὀπωρινός.

ὀπωρινός. Autumnalis.

D Ὀπωροφυλάκιον. τὸ τὰς ὀπώρας φυλάττον.

ὀπωροφυλάκιον. Locus, qui fructus autumnales cuſtodit.

Ὀπωρώνης. ὁ τὰς ὀπώρας πωλῶν, καὶ ἀγοράζων. μῆλόν τις διιὼν ἥρπασε. τὸν δὲ ὀπωρώνην τοῦ ἀργυρίου ἕνεκα ἀντιλαμβανομένου αὐτοῦ ἔχεσθαι.

ὀπωρώνης. Qui poma, fructúſque emit, & vendit. *Demoſthenes* περὶ στεφάνου. *pag. 88.f.* Pomum quidam tranſiens, *præteriens, ob iter* rapuit. Pomorum autem venditorem *aiunt* pecuniæ causâ illum comprehendiſſe, eíque adhæſiſſe, *eúmque firmiter retinuiſſe, donec ſibi pro rapto pomo ſatisfaceret. L.* ἀντιλαμβανόμενον.

Ὅπως. καὶ ὁπωσοῦν. δαβίδ. ὅπως ἂν δικαιωθῇς ἐν τοῖς λόγοις σου. οὐκ ἔστιν αἰτίας δηλωτικόν. καὶ ὁπωσοῦν. τὸ γὰρ λουκούλλου στράτευμα στασιάζον ἀεὶ, παραλαβὼν ὁ πομπήιος, οὐδ'

E ὁπωσοῦν στασιάζοντας ἔσχεν.

ὅπως. Vt. & ὁπωσοῦν. Quomodocunque. David. Vt iuſtificeris in tuis verbis. *Hoc* ὅπως *iam* non eſt *pars orationis*, cauſam ſignificans: *ſed potius modum indicat, quo res aliqua peragitur.* Et ὁπωσοῦν. Quomodocunque. Quouis-modo. Vel minimùm. Vt, Cùm enim Luculli copias, quæ ſeditione ſemper laborabant, Pompeius accepiſſet, ipſis ne vel minimùm quidem ſeditioſis eſt vſus: *ſed perpetuò ſine ſeditione eas rexit, iiſque pacatis, ac morigeris imperauit.*

Ὀπτανεῖον. τὸ μαγειρεῖον.

ὀπτανεῖον. Culina. Locus, in quo carnes aſſantur, *q.d. aſſatorium, vel toſtorium. ab* ὀπτάω. ῶ. *aſſo, torreo, coquo.*

Ὀπτασία. ἡ ἀπόβλεψις.

ὀπτασία. Aſpectus. *ab* ὀπτάνω, *quod ab* ὄπτω. *aſpicio, video.*

Ὀπτῆρας. κατασκόπους.

ὀπτῆρας. Speculatores. Exploratores. Vt,

Καί μοί τις αὐτὸν ὀπτὴρ εἰσιδὼν μόνον

F

Πηδῶντα πεδία σὺν νεορράντῳ ξίφει,

Φράζει τε, κἀδήλωσε,

Σοφοκλῆς.

Et mihi quidam explorator illum conſpicatus ſolum

Saltantem per *campos cùm recenti ſanguine madente enſe,*

Narrátque, & indicat.

Sophocles *in Aiace.pag.3.*

N O T AE.

Καί μοί τις.] Apud Sophoclem in Aiace. pag. 3. ſic legitur, vt hîc ſcribendum,

Καί μοι τὶς ὀπτῆρ αὐτὸν εἰσιδὼν μόνον
Ἰδὼν τὰ πεδία σὺν τεθρίππῳ ξύσει,
φράζει τε, καὶ διήλασεν.——

Pro καὶ ἐδίλωσεν. A

Ὀπτῶντες. Aſſantes. Et ἑψῶντες. Elixantes. Et ὀπτώμενα. Ea, quæ aſſantur. Et ὀπτῶντες. &c. i. Aſſantes igitur *carnes*, quòd *in hoc ſtudio lubenter* occuparentur, & carnium aſſationem ſtudioſè-curarent. ἑψῶντες δὲ. Elixantes verò. Vnde etiam ἑφθὸν Elixatum, elixum, coctum, decoctum. Et ἑψοῦντες idem eſt, ac ἑψῶντες. *hoc, ab* ἑψάω. ἑψῶ. *illud, ab* ἕψω *grauitono, vnde circunflexum* ἑψάω. ῶ. & ἑψέω. ῶ. *idem.* ψῶντες verò, ſpongia-abſtergentes. ἀ ψάω. ψῶ. Eſt etiam ψάω, ψῶ, *verbum, quod ſignificat*, Rado, ſtringo, ſtrigili-purgo. Hinc verò formatur ψῆκτρα. ἡ, τὸ & ψήκτρα. ας. ἡ. *Epigr. l. b. 6. pag. 412. ep. 5. v. 5.* Strigilis. *Inſtrumentum ſatis notum, de quo pluribus Lexica.* B

Ὀπτῶντες. καὶ ἑψῶντες, καὶ ὀπτώμενα. ὀπτῶντες οὖν ἐκ τοῦ ἐσχολῆσθαι, καὶ περιέπειν τὴν τῶν κρεῶν ὄπτησιν. ἑψῶντες δὲ, ἐξ οὗ καὶ ἑφθόν. καὶ ἑψοῦντες δὲ ταυτόν. ψῶντες δὲ, σπογγίζοντες. ἔστι καὶ ψάω, ψῶ, τὸ ψηκτρίζω. καὶ ἐξ αὐτοῦ γίνεται ψήκτρον.

Ὅποι. Vbi. Vt, Iuſſit nuntiare, *vt ſibi ſignificaret* vbinam terrarum Choſrhoen Cabaden reliquiſſet.

Ὅποι. ὅπου. ἀπαγγέλλειν κελεύσας ὅποι ποτὲ τῆς γῆς Χοσρόην τὸν Καβάδην ἀπολιπὼν εἴη.

Ὁποῖος. Qualis. Cuias. ποταπὸς *verò*, *pro* ποδαπός. ποίου ἐδάφους. *cuius ſoli, cuius agri, cuias? Ariſtoph. Theſmophor. pag. 515. v. 18.*

Ὁποῖος. ποταπός.

Ὁποιποτί. Pro, ὅπου ποτέ. Vbicunque tandem. Vbinam.

Ὁποιποτί. ἀντὶ τοῦ ὅπου ποτέ.

O. CVM P.

ΤΟ Ο ΜΕΤΑ ΤΟΥ Ρ. C

Ὅρα δή. Vide iam, & ſpecta. Demoſthenes in *oratione* ad Leptinen. Pro, Oculis ſpecta.

Ὅρα δὴ, καὶ σκόπει. Δημοσθένης ἐν τῷ πρὸς Λεπτίνην. ἀντὶ τοῦ βλέπε τοῖς ὀφθαλμοῖς.

Ὁραθείς. Viſus. Conſpectus. i. Quem quis vidit, & conſpexit.

Ὁραθείς. θεαθείς.

Ὀράμνους, Virgulta. Viridaria. In epigrammate 76. *lib. 7. Epigr pag. 464.*

Ὀράμνους. ἐν ἐπιγράμματι.

Hic quidem virens virente gleba in viridario,

Arboris-frondoſæ bonos-fructus-ferentis omnem oſtendit gratiam.

Ἐνθάδε μὲν χλοάουσα τεθηλότι βῶλος ὀράμνῳ,
φυλλάδος εὐκάρπου πᾶσαν ἔδειξε χάριν.

Ὁράριον. Horarium. Latinè ſic vocatur *inſtrumentum quoduis, quod indicat horas diei. Sic & horologium dicitur.* D

Ὁράριον. ῥωμαϊκῶς καλεῖται.

Ὅρασις. Viſus. Aſpectus. Cognitio. Et Euangeliſta *dicit*, Deum nullus vnquam vidit, pro, manifeſtè, *perfectéque* cognouit.

Ὅρασις. γνῶσις. καὶ ὁ εὐαγγελιστής. θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε. ἀντὶ τοῦ ἔγνω σαφῶς.

Ὁρᾶτε. Videte. Pro, Cogitate. Conſiderate. Demoſth. *in oratione* de falſa-legatione.

Ὁρᾶτε ἀντὶ τοῦ ἐνθυμεῖσθε. Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ παραπρεσβείας.

Ὁράτιος. Horatius. Nomen proprium. Horatius autem cruribus læſus, *pedibúſque captus*, nec in bello, nec in pace Conſulatum eſt-adeptus, *nec vllam præturam geſſit*, propter priuationem vſus pedum. *i. quòd pedibus ad officium faciendum vti non poſſet.*

Ὁράτιος. ὄνομα κύριον. ὁ δὲ Ὁράτιος, λελωβημένος ἦν τὰ σκέλη. ὑπατείας τε οὐκ ἔτυχεν, οὔτε ἐν πολέμῳ, οὔτε ἐν εἰρήνῃ, διὰ τὴν ἀχρηστίαν τῶν ποδῶν. E

Ὁρατὸν, καὶ ἀόρατον. Viſibile, & inuiſibile, tum ipſe color, tum id, quod oratione quidem explicari poteſt: ſed nullum nomen habet, *quod vnica voce rem declaret.* Huiuſmodi autem ſunt pyrolampides. *i. cicindelæ, quæ noctu ignis inſtar lucent, quæ Lampurides alio nomine vocantur, quod lucentem caudam habeant*, capita piſcium, lepides. *i. lamæ, laminæ, ſquamæ*, oculi echinorum, teſtæ marinorum *piſcium*, quæ in luce quidem non videntur, in tenebris verò *cernuntur.* Non enim videtur eſſe color, id, quod in his igneum quiddam apparet in tenebris. Coloris enim propriũ eſt, in luce cerni. Illud verò, quod in his igneum apparet, in luce non cernitur. Viſio enim inde manat, quòd aer ſit pellucidus, & colores tranſmittẽdi vim habeat, cùm ipſe ſit coloris-expers. Viſibilium verò *rerum*, quatuor ſunt differentiæ. Harum enim aliæ quidem, interdiu tantùm cernuntur. Aliæ verò no-

Ὁρατόν. καὶ ἀόρατον, τό, τε χρῶμα, καὶ ὃ λόγῳ μέν ἐστιν εἰπεῖν, ἀνώνυμον δὲ τυγχάνει ὄν. τοιαῦτα δέ ἐστι πυρολαμπίδες, κεφαλαὶ ἰχθύων. λεπίδες. ὀφθαλμοὶ ἐχίνων. τὰ ὄστρακα τῶν θαλαττίων, ἅπερ ἐν φωτὶ μὲν οὐχ ὁρᾶται. ἐν σκότῳ δέ. οὐ γὰρ δοκεῖ χρῶμα εἶναι τὸ ἐν τούτοις φαινόμενον πυρῶδές τι ἐν τῷ σκότῳ. ἴδιον γὰρ χρώματος τὸ ἐν φωτὶ ὁρᾶσθαι. τὸ δὲ τούτων πυρῶδες, οὐχ ὁρᾶται ἐν φωτί. ὁρᾷν γάρ ἐστιν ἐκ τοῦ τὸν ἀέρα ἔχειν τὸ διαφανὲς, καὶ διαπορθμευτικὸν τὴν τῶν χρωμάτων δύναμιν, αὐτὸς ἀχρωμάτιστος ὤν. τῶν δὲ ὁρατῶν τέσσαρές εἰσι διαφοραί. τὰ μὲν γὰρ αὐτῶν ἐν ἡμέρᾳ μόνως ὁρᾶται. τὰ δὲ, ἐν νυκ- F

A τὰ μόνως. τὰ δὲ ἐν νυκτὶ, καὶ ἡμέρᾳ. τὰ δὲ, ὅλως οὐ συντυγχάνειν πέφυκε τῷ σκότῳ. τῶν γὰρ ὁρατῶν, τὰ μὲν, ἐστὶ χρώματα. τὰ δὲ, ἀνώνυμα. τὰ μὲν οὖν χρώματα, μόνως ἐν ἡμέρᾳ θεωρεῖται. οὐδαμῶς δὲ ἐν νυκτί. τῶν δὲ λαμπρῶν λεγομένων, τὰ μὲν, ἐν νυκτὶ μόνως ὁρᾶται. τὰ δὲ, ἐν ἡμέρᾳ μόνως. τὰ δὲ, ἐν νυκτὶ, καὶ ἡμέρᾳ. τὰ μὲν γὰρ αὐτῶν ἐστιν ὑπέρλαμπρα. τὰ δὲ, ἀμυδρά. τὰ δὲ, μέσως. τὰ μὲν οὖν ἀμυδρὸν ἔχοντα τὸ λαμπρὸν, μόνως ἐν νυκτὶ ὁρᾶται. οἷον πυγολαμπίδες, λεπίδες. καὶ
B τὰ ὅμοια. τούτων γὰρ ἐν ἡμέρᾳ τὸ λαμπρὸν οὐ φαίνεται, νικώμενον ὑπὸ τοῦ μείζονος. ἔτι δὲ καὶ ἀστέρες οἱ πλείους. τὰ μέσα δὲ, ἐν νυκτὶ, καὶ ἡμέρᾳ. οἷον σελήνη. καὶ τινες τῶν ἀστέρων. ὡς ὁ ἑωσφόρος, ὅταν πρὸς τῷ ὁρίζοντι γίνηται ὁ ἥλιος, καὶ αὐτὸς ὁ ἑωσφόρος περιγειότερος ᾖ. ἔτι δὲ καὶ πῦρ. τοῦτο γὰρ ὅσον δύναται ἀέρα τελειοῖ. καὶ εἰς ἐνέργειαν ἄγει τὸ διαφανὲς αὐτοῦ. ὡς καὶ τὰ ἐν αὐτῷ χρώματα δείκνυσθαι. ἐν δὲ τῷ λοιπῷ ἑαυτὸ μὲν δείκνυσιν, ἐκείνου δὲ τὸ διαφανὲς οὐκ
C ἄγει εἰς ἐνέργειαν. ὅθεν αὐτὸ τὸ μὲν ὁρῶμεν πόρρωθεν ἐν σκότῳ ὄντες. οὐδὲν δὲ τῶν περὶ ἡμᾶς χρωμάτων. ἐν δὲ τῇ ἡμέρᾳ, τὸ πῦρ πάλιν φαίνεται, ὡς λαμπρὸν μὲν, οὐδὲν δὲ δρῶν εἰς τὸν ἀέρα, διὰ τὸ ἤδη ὑπὸ τοῦ μείζονος λαμπροῦ παθεῖν, καὶ τὸ τῆς σελήνης λαμπρὸν, διὰ τὸ μὴ ἄγαν ἀμυδρὸν εἶναι, φαίνεται ἐν ἡμέρᾳ. τὰ δὲ ὑπέρλαμπρα μόνως ἐν ἡμέρᾳ. οἷον ὁ ἥλιος. ἐπειδὴ καὶ αὐτὸς, τοῦ τῆς ἡμέρας φωτὸς αἴτιος.

ctu tantùm. Aliæ verò, & noctu, & interdiu. Aliæ verò, prorſus in tenebris exiſtere non ſolent. Viſibiliū enim *rerum* aliæ quidem ſunt colores. Aliæ verò, nomine carent. Et colores quidem, interdiu ſolùm cernuntur. Noctu verò, nequaquam. Eorum verò quæ ſplendida vocantur, aliæ quidem noctu ſolùm cernuntur, alia verò, interdiu ſolùm. Alia verò, & noctu, & interdiu. Ex his enim quædam ſunt ſplendidiſſima, quædam verò, obſcura. Quædam verò, media. Quæ igitur ſplendorem habent obſcurum, noctu ſolùm cernuntur, vt cicindelæ, ſquamæ, & ſimilia. Horum enim ſplendor interdiu non apparet, à maiore victus. Præterea verò & pleræque ſtellæ. Media verò, noctu, & interdiu, vt Luna, & quædam ſtellæ, vt Lucifer, quum ad Horizontem, *ortiuúmque cardinem* Sol venit, & quum Lucifer ipſe terræ propinquior eſt, *quum ad terram propius accedit.* Præterea verò & ignis. Hic enim, quantum poteſt, aerē perficit, & eius perſpicuum ad actum ducit, *& efficax reddit,* vt & colores, qui ſunt in eo, cernantur. In cæteris verò ſemetipſum quidem *ignis* oſtendit, illius verò *aeris* pellucidum non perducit in actum. Quāobrem eius quidem *aeris perlucidum* cernimus in tenebris, quum procul abſumus, nullum verò colorem propè nos *exiſtentem.* Interdiu verò rurſus ignis apparet, vt ſplendidus quidem, nihil tamen agens, in aerem, quòd iam à maiore *lumine* afficiatur, *ac obſcuretur.* Et Lunæ ſplendor, quia non nimis eſt obſcurus, cernitur interdiu. Splendidiſſima verò, ſolùm interdiu *cernuntur,* vt Sol, quòd & ipſe ſit diurnæ lucis autor, *& cauſa.*

NOTAE.

D Αὐτοὺς ἀχρωμάτιστοι ὄν.] Atticiſmus, nominatiui pro genitiuis, αὐτοῦ ἀχρωματίστου ὄντος.

Ὀρβηλοῖο. ἐν ἐπιγράμματι. τὸν πάρος ὀρβηλοῖο μεμυκότα δειράσι ταῦρον.

Ὀρβηλοῖο. In epigram. 115. *lib. 6. epigr. pag.* 435. Illum antè Orbeli *montis* mugientem *in* iugis taurum.

Ὀργᾶν. ἐπιθυμεῖν. καὶ ὀργῶντες παρὰ Θουκυδίδῃ, ἀντὶ τοῦ ἐπιθυμοῦντες. ἡρόδοτος ἰδὼν Θουκυδίδην ὑπὸ ἐνθουσιασμοῦ τινὸς δακρύοντα, ἔφη. μακαρίζω σε ὄλορε τῆς εὐτεκνίας. ὁ γὰρ σὸς υἱὸς ὀργῶσαν ἔχει τὴν ψυχὴν πρὸς τὰ μαθήματα.

Ὀργᾶν. Cupere. Et ὀργῶντες apud Thucydidem, pro, cupientes. Herodotus conſpicatus Thucydidem afflatu quodam diuino lachrymantem, dixit, Te beatum-duco, Olore, felicis-prolis *causâ.* Tuus enim filius animum diſciplinarum cupidum habet.

E Ὀργάνειας. ταράξειας. εἰς ὀργὴν ἐμβάλλοις.

--Καὶ γὰρ ἂν πέτρου
Φύσιν σύ γ' ὀργάνειας.

Ὀργάνειας. Turbares. In iram iniiceres. *Ad iram concitares. Hæc apud Sophoclem in Oedipo Tyranno Rex Tireſiæ dicit. pag. 16?. vlt. & 166. v. 1.*

--Etenim vel ſaxi
Naturam tu ad-iram-commoueres.

Ὀργάς. ἡ εὔγειος, καὶ σύμφυτος, καὶ λιπαρὰ, καὶ ἀκμαία γῆ. ἐνεκάλεσε δὲ ὁ περικλῆς τοῖς μεγαρεῦσιν, ὅτι τὴν ἱερὰν ὀργάδα ἐγεώργησαν. ἢ τὴν προσήκουσαν ὀργάδα κατανέμειν, ἢ τὴν τιμὴν μόνοις διαχειρεῖν. περὶ ῥώμου, καὶ ῥήμου, καὶ αὖθις. τμήξας εὐάροτον ῥάχιν ὀργάδος.

Ὀργάς ὀργάδος, ἡ *Terra-culta.* Fertilis, & arboribus conſita, & pinguis, & viribus valens terra. Vt, Pericles autem Megarenſes accuſauit, quòd ſacram terram, quam ὀργάδα κατ' ἀντίφρασιν *vocabant, i. incultam, quod terram Diis conſecratam colere non liceret, ipſi tamen impiè* coluiſſent. Et conuenientem, *vel propriam* terram diſtribuere, aut honorem ſolis retinere *licere*
F *dicebat.* De Romulo, & Remo *verba fiunt illic.* Et rurſus. Cùm ſecuiſſet aratu-facilem ſpinam-dorſi fertilis-terræ.

Ὀργάς. τὰ λοχμώδη καὶ ὀρεινὰ χωρία καὶ μὴ ἐπεργαζόμενα, οὕτω καλεῖται. ὅθεν καὶ ἡ μεγαρικὴ ὀργὰς προσωνομάσθη, τοιαύτη τις οὖσα.

Ὀργάς Syluoſa, & montana loca, & quæ non coluntur, ita vocantur. *Inculta loca.* Vnde & Megarenſis ager, ὀργὰς cognomento-vocatus-eſt, quòd talis eſſet, *incultus ſcilicet.*

Ὀργάσας, μαλάξας.

Ὀργάσας. Qui-molliuit. *ab* ὀργάζω, *de quo Lexica.*

ὄργασον. Propriè *ſignificat* pica.i.pice illine. ὀργὴ enim apud Iones, *eſt ea, quæ communiter vocatur* πίσσα.i.pix, picis. Significat autem τὸ ὀργᾶν. & appetere, concupiſcere, & libidine venerea turgere, ac impetu in Venerem ferri. Et ὀργάζειν, molle-fac, ſubige, macera, molli. Ariſtophanes *in Auibus pag.* 401.*v.*4. Lutum, depoſita-veſte, ſubige. Pro, miſce, macera, molli.

Ὄργασον. κυρίως τὸ πίσσωσον. ὀργὴ γὰρ παρ' Ἴωσιν ἡ πίσσα σημαίνει δὲ, καὶ τὸ σπαργᾷν καὶ ὀργιάζεσθαι. καὶ τὸ μάλαξον. ἀριστοφάνης. τὸν πηλὸν ἀποδύς; ὄργασον. ἀντὶ τοῦ φύρασον. μάλαξον. A

NOTAE.

Ὄργασον. Ariſtoph. in Auibus. pag. 401. v. 4. Schol. annot. 2. vnde Suidæ correctio petenda, & ſcribendum σημαίνει δὲ καὶ τὸ σπαργᾶν, ὀργίζεσθαι, [vel ὀργιάζεσθαι, quod & ὀργιάζειν paulò poſt. Vide.] Sed ὀργίζεσθαι, iraſci.

ὀργαῖος. Iracundus Picatus. i. pice illitus. ab ὀργὴ, quod communiter iram, Ionicè verò, picem ſignificat.

Ὀργαῖος. B

ὀργεῶν. Pro ὀργεώνων. Lyſias. *Vide Harpocrat.* Sacerdotum.

Ὀργεῶν. ἀντὶ τοῦ ὀργεώνων. λυσίας.

ὀργεῶνες. Sacerdotes. Sacrifici. Qui ſacris iiſdem ſunt initiati.

Ὀργεῶνες. οἱ θύται.

ὀργεῶνες. Sacerdotes, qui Diis, quorum ſtatuæ ſunt in ædibus priuatis collocatæ, ſacra faciunt, *quod Græcè dicitur* ὀργιάζειν. Ὀργιάζειν autem, eſt Deorum orgia celebrare, hoc eſt, myſteria *peragere* & recepta-ſacra *facere, & honores debitos ritu ſolito Diis tribuere. Plato* quarto de Legibus *dicit*, Ne in priuatis ædibus habeant ſacella. Quem verò conſtiterit alia habere, & *alia* præter publica ſacrificia facere. &c. Seleucus verò in commentario de Solonis Axonibus.*i.tabulis, in quibus leges erant ſcriptæ*, ὀργεῶνας vocari dicit, eos, qui cœtus habent.*i. qui in aliquem locũ conueniunt* ad aliquos Heroes, aut Deos, *vt ipſos venerentur, ac diuinos honores ipſis habeant, & ſacra faciant.* Iam verò *ſcriptores hoc nomen ad alia* transferentes, & ipſos ſacerdotes ita vocant. Antimachus verò in Lyda.*i. Lydorum* genealogia, Carbanos poſuit abacleas ſacerdotes. *N. L.* Aeſchylus in Myſis Sacerdotem Caici compellans, *ita loquitur*,

Ὀργεῶνες. οἱ τοῖς ἰδίᾳ ἀφιδρυμένοις θεοῖς ὀργιάζοντες. ὀργιάζειν δέ ἐστι, τὸ τὰ τῶν θεῶν ὄργια τελεῖν. τουτέστι, μυστήρια, καὶ νόμιμα. νόμων τετάρτῳ. μὴ κεκτῆσθαι ἱερὰ ἐν ἰδίαις οἰκίαις ἱερὰ. τὸν δὲ φανέντα κεκτημένον ἕτερα, καὶ ὀργιάζοντα πλὴν τὰ δημόσια. σέλευκος δ' ἐν τῷ ὑπομνήματι τῶν σόλωνος ἀξόνων, ὀργεῶνας φησὶ καλεῖσθαι, τοὺς συλλόγους ἔχοντας περί τινας ἥρωας, ἢ θεούς. ἤδη δὲ μεταφέροντες, καὶ τοὺς ἱερέας οὕτω καλοῦσιν. ὁ γοῦν ἀντίμαχος ἐν τῇ λυδῇ γραφῇ, καρβάνους θῆκεν ἀβακλέας ὀργεῶνας. καὶ αἰσχύλος ἐν μυσοῖς τὸν ἱερέα τοῦ καΐκου προσφωνῶν. C

Fluminis Caici ſalue prime ſacerdos,

Precibus verò, votiſque *conſerues Dominos Pæoni.*

Ποταμοῦ καΐκου χαῖρε πρῶτος ὀργεών

Εὐχαῖς δὲ σώσῃς δεσπότας παιωνίας. D

De orgeonibus verò, *ſiue ſacrificulis, & ſacerdotibus*, ſcripſit & Philochorus. Neceſſe autem *erat* Phratores.*i. Curiales*, recipere vel ipſos ſacerdotes, & collactaneos, quos nos vocamus Gennetas. *De quibus ſuo loco.*

Περὶ δὲ τῶν ὀργεώνων γέγραφε καὶ φιλόχορος. τοὺς δὲ φράτορας ἐπάναγκες δέχεσθαι καὶ τοὺς ὀργεῶνας, καὶ τοὺς ὁμογάλακτας, οὓς γεννήτας καλοῦμεν.

NOTÆ.

Καρβάνους.] Euſtath. pag. 368. 36. Iliad. B. in illum verſum,

Νάστης δ' αὖ Καρῶν ἡγήσατο βαρβαροφώνων,

Dicit, Κάρβανοι, οἱ βάρβαροι, παρὰ τὸ Κάρ, Κάρος δοκεῖ λέγεσθαι. &c. Ἀβακλέας verò fortaſſe vocat τοὺς ἀβακχίας, τουτέστι κακοβακχίας, τοὺς ἀβακχίας, τουτέστι κακοβακχίας, τοὺς κακοφώνους, τοὺς βαρβαροφώνους. Aliàs ἀβακὴς, mutus, qui loqui non poteſt. Iam τὸ α priuationem denotat, βάζειν verò, loqui ſignificat, vnde βάξις, ἡ λέξις. oratio Locutio. Metri cauſa paulo pòſt lego, Παιωνίας. E

ὀργεῶνας. Eſt Iſæi *quædam* oratio ad Orgeonas.i.ſacrificulos, ſiue ſacerdotes. Orgeones autem ſunt, qui in Deorum, vel Heroum honorem conueniunt. ὀργιάζειν enim eſt *orgia, ſiue ſacra Deorum aliquorum celebrare, &* ſacrificium-facere, & moribus-recepta-ſacra, *myſteriáque* ſpectare. Vel ὀργιάζειν *dictum eſt* à porrigendis manibus, *quum ſacra, preceſque fiunt.* vel ab orgiis.*i. Bacchi ſacris, & myſteriis.* vel quòd in orgadibus, *agriſque non cultis*, & lucis, *ſyluiſque denſis, & opacis hi ſacerdotes Diis ſacra* facerent. Poetæ tamen hoc nomen pro ſacerdotibus ſimpliciter ponebant. Sed vide ne fortè poſtea more-fuerit-receptum, *L.* νενόμισται. vt aliqui in defunctorum honorem conuenirent, *& congregarentur, vt defunctis honores tribuerent*, & orgeones nominati fuerint *hac de cau-*

Ὀργεῶνας. ἰσαίου λόγος ἐστὶν ὡς ὀργεῶνας. ὀργεῶνες δὲ εἰσιν, οἱ ἐπὶ τιμῇ θεῶν, ἢ ἡρώων συνιόντες. ὀργιάζειν γάρ ἐστι, τὸ θύειν, καὶ τὰ νομιζόμενα ὁρᾶν. ἢ παρὰ τὸ ὀρέγειν τὰς χεῖρας. ἢ παρὰ τὰ ὄργια. ἢ διὰ τὸ ἐν ταῖς ὀργάσι, καὶ τοῖς ἄλσεσι δρᾶν. οἱ μὲν τοι ποιηταὶ ἔταττον τοὔνομα ἁπλῶς ἐπὶ τῶν ἱερέων. μή ποτε δὲ ὕστερον ἐνομίσθη τὸ ἐπὶ τιμῇ τινας τῶν ἀποθανόντων συνιέναι. καὶ ὀργεῶνας ὀνομάζεσθαι. ὡς ἐστι συνιδεῖν ἐκ τῶν F

A Θεοφράστου διαθήκαις, τῶν δὲ ἐλευσινίων ὀργεώνων. οὓς φησιν αἰλιανὸς ἐν τῷ περὶ προνοίας.

Ὀργὴ ὅτι οὐ τὸ παρακολουθοῦν τινὶ γένος. τῇ γοῦν ὀργῇ παρακολουθεῖ λύπη. οὐ μὴν ὡς γένος. οὐ γὰρ ἡ ὀργὴ λύπη. οὐδὲ διὰ τοῦτο ἐστὶν ἡ λύπη ἡ μετὰ τῆς ὀργῆς οὖσα, διότι ἡ ὀργή ἐστιν, ἀλλ' ἐπὶ τῇ λύπῃ ἡ ὀργή. προτέρα γὰρ ἡ λύπη, τῆς ὀργῆς. λυπηθεὶς γάρ τις ὡς ἠδικημένος ὀργίζεται. οὐ τοιοῦτον δὲ τὸ γένος ὡς προϋπάρχον χρόνῳ τοῦ B εἴδους. ὀργὴ δέ ἐστι λύπη μεθ' ὑπολήψεως τοῦ ὀλιγωρεῖσθαι. ἡ τοίνυν διὰ τὴν τοιαύτην ὑπόληψιν γινομένη λύπη, ὀργή ἐστιν. ὀργῇ παρὰ θουκυδίδῃ ἀντὶ τοῦ διανοίᾳ. τρόπῳ. σκοπῷ.

Ὄργια. μυστήρια. ἱερά. εὐθὺς ἅπασι πρόχειρον λέγειν ὅτι ὁ ἄνθρωπος οὗτος, τῇ χίων θεᾷ, καὶ τοῖς ἰθυφάλλοις ὠργίακεν.

Ὀργιάζων. θύων. ἐπιτηδεύων.

C Ὀργάσας μαλάξας.

Ὀρμεύοντες. ἦσαν δὲ ὄρη παντοίων θηρίων ἀνάπλεα, ἃ κατὰ κύκλους ὀργμεύοντες οἱ στρατιῶται, πολλὰ τῶν θηρίων ᾕρουν.

Ὀργῶ. ἀντὶ τοῦ ἐπιθυμητικῶς ἔχω. ἀριστοφάνης. ὀργῶν νὴ τὸν δία καὶ προπεφύραται λόγος εἷς μοι ὃν διαμάττειν οὐ κωλύει ἀπὸ τῶν ἀλφίτων. ὁμοῦ γὰρ ἔφυρον. εἶτα εἰς μοίρας διένεμον. προπεφύραται οὖν, ἀντὶ τοῦ προγεγύμνασται. προκατεσκεύασται, ηὐτρέπισται. ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν τὰ ἄλ-D φιτα φυρώντων, εἶτα μάζας ποιούντων.

de causa.L. ὀργεώνων, vt perſpici poteſt ex Theophraſti teſtamentis, de ſacerdotibus Eleuſiniis, quorum meminit Aelianus in *libro* de Prouidentia.

Ὀργὴ Ira. Quod aliquam rem conſequitur, id non eſt eius genus. Nam iram conſequitur dolor, non tamen vt *eius* genus. Neque enim ira *eſt* dolor. Neque propterea dolor eſt ille, qui cum ira coniunctus eſt, quòd ira ſit, ſed quòd propter dolorem ſit ira. Dolor enim *eſt* irâ prior, *iram antecedit.* Nam qui dolet vt iniuriâ-affectus, is iraſcitur. Non tale autem *eſt* genus, quale eſt id, quod tempore ſpeciem antecedit. Ira verò eſt dolor cum opinione, qua quis ab aliquo ſe contemni putat. Dolor igitur ob talem opinionem ortus, eſt ira. Apud Thucydidem *legitur* ὀργῇ. pro, cogitatione, mente, modo, Scopo.

Ὄργια. Orgia. Myſteria. Arcana. Sacra. Statim omnibus promptum eſt dicere, hunc hominem Chiorum Deæ, & Ithyphallis ſacrificaſſe. *i. Luxui, & rebus venereis eſſe deditum.*

Ὀργιάζων. Orgia-celebrans. Sacrificans. Sacra faciens.

Ὀργάσας. Qui-molliuit. *ὀργάσας ſupra.*

Ὀργμεύοντες. *N. L. fortaſſe* ὁρμεύοντες, *de quo ſuo loco.* Erant autem montes omnigenis feris referti, quos, milites in orbem obeuntes, *& ordine incedentes,* multas feras capiebant.

Ὀργῶ. Concupiſco. Cupio. Ariſtoph. *in Auibus. pag. 386. v. 15. 16.* Atqui cupio per Iouem *dicere, quod audire cupis,* & præparata-eſt oratio vna mihi, Quam *ſubactam, & preparatam* diſtribuere non impedit *vllus.* A farina *ducta eſt hæc translatio.* Simul enim miſcebant *farinam*, deinde in portiones diſtribuebant. προπεφύραται igitur poſitum eſt, pro, præexercitata-eſt, parata-eſt. Tranſlatio *ducta eſt* ab illis, qui farinam miſcent, *aqua macerant, ſubigunt, pinſunt,* deinde placentas faciunt.

NOTAE.

Ὀργῶν νὴ τὸν Δία.] Ariſtoph. Auibus. pag. 386. v. 15. 16.

Καὶ μὴν ὀργῶ νὴ τὸν Δία, καὶ προπεφύραται λόγος εἷς μοι,
Ὃν διαμάττειν οὐ κωλύει.

Ὀργῶσα. ἐπιθυμοῦσα ἢ μαινιῶσα.

Ὀργῶσα. Concupiſcens. Appetens. Vel inſaniens. Furens.

Ὀργυιά. ἐπὶ τοῦ μέτρου. καὶ τετρόργυιος.

E Ὀργυιά. Orgyia. De menſura *dicitur, quæ ſenum eſt pedum, vt quidam, vt alij, quatuor cubitorum eſt menſura, vel, vt alij, vnius vlnæ menſura.* Et τετρόργυιος, quatuor-orgyiarum-menſuram habens. *Vt in epigrammate quodam,*

Τοῦτο κατὰ ψαμάθου χείμενον ἠϊόνος
Διοσάν τετρόργυιον.

Hoc in arena iacens littoris
Triſtibus venti-flatibus-obnoxij quatuor-orgyias-habens.

N. L. fortaſſe legendum Δυσαεῖος. *Vide* Δυσαὴς *apud Euſtath.*

Ὀργυιωμένοις. ἐντεταμένοις. ἐπιθυμοῦσιν.

Ὀργυιωμένοις. Intentis. Concupiſcentibus. Appetentibus. Cupientibus.

Ὀργυιαί. τὰ μετὰ τῶν ἰδίων χειρῶν μέτρα. καὶ ὀργυιαῖος, ὁ μέγας.

F Ὀργυιαὶ Propriarum manuum menſuræ. *Menſuræ, quæ ab vnius manus extrema, ſummáque parte ducuntur, & ad alterius manus extremam, ſummámque partem perducuntur.* Et ὀργυιαῖος. Magnus. *Qui menſuram orgyiæ habet.*

Ὀρέγεται. ἐπιθυμεῖ.

Ὀρέγεται. Concupiſcit. Cupit. Appetit. Affectat.

Ὀρέγει. παρέχει.

Ὀρέγει. Porrigit. Præbet.

Ὀρέγνυς. ἐκτείνας.

Ὀρεγνύς. Extendens. Præbens. Porrigens.

Ὀρεγόμενος. ἐπιθυμῶν.

Ὀρεγόμενος. Appetens. Concupiſcens. Cupiens. Affectans.

ὀρέγειν. Concupiſcere. Cupere. Affectare. Appetere. Pro eodem dicitur & ὀρεκτιᾶν, *quod ab ὀρέγειν eſt derivatum. Hunc enim transferendis, quæ paulo poſt leguntur,* τὸ αὐτὸ καὶ ὀρεκτιᾶν. — Ὀρεκτιᾶν. ἐπιθυμεῖν. A

ὄρεξις. Concupiſcentia. Cupiditas. Appetitus. Deſiderium. — Ὄρεξις. ἐπιθυμία.

ὀρεύς. enim *dicitur* mulus, *fortaſſe à rei venereæ cupiditate, ſi modò hæc Suidæ verba mendo carent.* Et ὀρεικῷ ζεύγει. Pro, τῷ ἡμιόνων, mulari iugo, pro, mulorum, mularum ve iugo. *Mulus iugalibus. vt apud Dionyſ. Hal. Antiq. Rom. lib. 8. pag. 515. l. 28. vbi* ζεύγη ἡμιόνων ὀρεικά, *vocantur mulæ iugales.* — Ὀρεὺς γὰρ ὁ ἡμίονος. καὶ ὀρεικῷ ζεύγει, ἀντὶ τῶ ἡμιόνων. τὸ αὐτὸ καὶ ὀρεκτιᾶν.

ὀρίξει. Datiuo *gaudet hoc verbum.* Porriget. Dabit. Præbebit. Extendet. — Ορίξει. δοπκῇ δώσει ἐκτενεῖ.

ὀρεοκόμος. ὁ τῶ ὄρεος ἡγούμενος, ὄρεος ἐπιμελούμενος. i. Môtis curam gerens, montis curator. ὀρεωκόμος verò, mulorum curator. Mulio. *vt apud Ariſtoph. in Theſmophor. pag. 523. ver. 16. Sed vtrunque dici videtur pro eodem, ſcil. pro mulione, qui mulorum curam gerit. At* ὀρεοκόμος *commune,* ὀρεωκόμος, *Atticum videtur. Vel certè legendum (vt paulo poſt)* τοὺς ὄνους ἐπιμελούμενος. *i. aſinos, mulóſque curans. Nam* ὄνος *hic pro mulo ponetur, qui eſt* ἡμίονος, *& ex aſino procreatus.* ἐπιμελοῦμαι *verò cum accuſatiuo iungetur, quod rarum quidem, reperitur tamen.* — Ορεοκόμος. ὁ τῆς ὄρης ἐπιμελούμενος. ὀρεωκόμος δὲ, ὁ ἐπιμελητὴς τῶ ἡμιόνων. B

ὀρεοπολῶ. Circa montes, *in montibus* verſor. ὀρεωπολῶ verò, circa aſinos. *i. circa mulos ex aſinis procreatos* verſor *Hoc autem verbum* ὀρεωπολῶ *per ω ſcriptum ante ω. deducitur* ab ὀρεύς, ὀρέως, quod mulum ſignificat. — Ορεοπολῶ. περὶ τὰ ὄρη ἀναστρέφομαι. ὀρεωπολῶ δὲ, τὸ περὶ τοὺς ὄνους ἀναστρέφομαι. ἐκ τῶ ὀρέως, ὃ σημαίνει τὸ ἡμίονον.

ὀρεωπώλης. Mulorum-venditor. Qui-mulos-vendit. — Ορεωπώλης. ὁ τοὺς ἡμιόνους πωλῶν. C

ὀρροπύγιον. Id eſt, quod vocatur ἀφεδρών. q. d. Seceſſus. *Cauda pennis tecta, propriè volucrum vltima in ſpina dorſi pars, quæ ſedi inembus, arúmque supernè tegit, in auibus manifeſtior, quàm in homine. Apud Latinos proprio nomine caret. Ideirco Martialis in quodam epigrammate Græcam vocem retinens, dicit. Et anatis habens orrhopygium macræ. Vide* ὄρρος *apud Euſtath.* ὀρὸς *verò, Lactis aquoſa pars. Serum lactis.* — Ορροπύγιον. ὁ λεγόμενος ἀφεδρών.

ὀρεσκῷος. In-montibus iacens. In-montibus-degens, *et verſans. Hom. Iliad. A. pag. 31. v. 26.* Montanus. Monticola. — Ορεσκῷος ὁ ἐν τοῖς ὄρεσι διατρίβων.

ὀρέστειον. Oreſteum. Nomen loci. — Ορέστειον. ὄνομα τόπου.

ὀρέστης. In-montibus-degens. Monticola. Ariſtop. *in Acharnenſibus pag. 306. v. 5. 6. 7.* Deinde confringat aliquis ipſi-Vs ebrius caput Oreſtes Inſaniens. — Ορέστης. ὁ ἐν ὄρεσι διαιτώμενος. ἀριστοφάνης. εἶτα κατάξειέ τις αὐτὸν τῆς κεφαλῆς ὀρέστης μαινόμενος. D

NOTAE.

Εἶτα κατάξει.] Ariſtoph. in Acharnenſibus. pag. 306. v. 5. 6. 7.

Εἶτα κατάξ' ἤ τις αὐ-
Τῶ μεθύων τῆς κεφαλῆς Ορέστης
Μαινόμενος.— Τῆς κεφαλῆς. Atticè dictum, pro τὴν κεφαλήν.

Apud Suidam legendum vt in Schol. annot. 2. ἢ περὶ τὴν ὁμωνυμίαν .i. vel ob eiuſdem-nominis-cognationem. In Auibus. pag. 424. vbi de Oreſte pluribus agitur, v. 11. 12. 13. 14. Schol. annot. 4. ſcribitur, ἥρωα αὐτὸν φησι, διὰ τὴν ὁμωνυμίαν τῷ περὶ τὸν Ἀγαμέμνονος υἱὸν Ορέστην. Ἥρωες δὲ δύσοργοι, καὶ χαλεποὶ τοῖς ἐμπελάζουσι γίνονται. &c. E

ὀρέστης. Oreſtes. Hic inſaniam ſimulans, prætereuntes exuebat. Erat enim latro, *vel, graſſator.* Vel ob homonymiam *Oreſtes vocabatur, quòd idem nomen haberet*, pro, Inſaniens vt Oreſtes. Et prouerbium, Oreſti lænam texere. *Er. ad. Chil. 4. Cent. 1. col. 851. ad. 48. Idem Ariſtoph. de eodem Oreſte pluribus agit in Auibus. pag. 424. v. 11. 12. 13. 14. Conſule Schol. annot. 4. & 5.* — Ορέστης. οὗτος προσποιούμενος μανίαν, τοὺς παριόντας ἀπέδυεν. ἦν γὰρ λωποδύτης. ἢ κατὰ προσωνυμίαν, ἀντὶ τῶ μαινόμενος ὡς ὁ ὀρέστης. καὶ παροιμία, ὀρέστῃ χλαῖναν ὑφαίνειν.

Si enim incidiſſet aliquis in Heroem
Mortalium noctu Oreſtem,
Nudus fuiſſet, percuſſus ab i-
Pſo omnibus in partibus *dextris.*

Εἰ γὰρ ἐντύχοι τις ἥρωϊ
Τῶν βροτῶν νύκτωρ ὀρέστῃ,
Γυμνὸς ἦν, πληγεὶς ὑπ' αὐ-
τῶ πάντα τὰ 'πιδέξια. F

Heroes iracundi, & ſæui erant aduerſus accedentes. Quamobré etiam illi, qui Heroũ-ſacella præteribant, tacebât. *ἐπιδέξια* verò, hoc eſt, dextræ vultus, *ſiue faciei, partes* Percutiebantur enim illi, qui in Oreſte m incidebant, non in Agamemnonis *filium*: ſed in quendam graſſatoré, *vel latronem.* Vel ἐπιδέξια *vocat* ipſos — Οἱ ἥρωες δυσόργητοι καὶ χαλεποὶ τοῖς ἐμπελάζουσιν ἐγίνοντο. διὸ καὶ οἱ τὰ ἡρῷα παριόντες ἐσιώπων. ἐπιδέξια δὲ, τουτέστι τὰ δεξιὰ τῆς ὄψεως. ἐπλήττοντο γὰρ ἐντυγχάνοντες τῷ ὀρέστῃ οὐχὶ δὲ τῷ ἀγαμέμνονος. ἀλλὰ λωποδύτῃ τινί. ἢ ἐπιδέξια,

A ὀφθαλμοὺς, καὶ κεφαλήν. ἢ ὅτι οἱ ἐντυγχάνοντες νυκτὸς ἥρωσι, διεστρέφοντο τὰς ὄψεις.

ipſos oculos,& caput. Vel hoc ideo dicit, quia qui noctu in Heroes incidiſſent, illorum oculi peruertebantur.

Ὀρεχθεῖν. κινεῖν. συνταράττεσθαι. ἀριστοφάνης.

ὀρεχθεῖν. Mouere. Turbare. Commoueri. Conturbari Ariſtophanes *in nubibus. pag.* 123. *v.* 22. 23.

Κἂν ταῦτα πῶς οἴεσθέ μου τὴν καρδίαν ὀρεχθεῖν;
Ὅμως δὲ τὸν θυμὸν δακὼν ἔφην.

Hic verò quomodo putatis meum cor commotum fuiſſe?
Verùm tamen animum mordens, dixi.

Ὀρεία. ἡ ἐν ὄρεσιν ἀναστρεφομένη.

ὀρεία. Montana. In-montibus-verſans, *& degens.* Vt,

Τάς δὲ θεῇ χαίτας περικλειτὴ θῆκ' ὀρεία
B Τις τῇ ἐν ὄρεσιν. καὶ ὄρεια μῆλα, τὰ ἐν ὄρεσι γινόμενα.

Has Deæ comas inclytæ poſuit montanæ
Quidam, hoc eſt, Deæ degenti *in montibus.*

N. L. f. περικλειτῇ θῆκεν ὀρεία. *pro*, περικλειτή. Et ὄρεια μῆλα. Montana poma, id eſt, In montibus naſcentia poma.

Ὀρεία. τραχεῖα. σύνδενδρος. ἡ δὲ ὁδὸς ὀρεία τις ἦν, καὶ στενή. καὶ ὄρεια οὐδετέρως, τὰ τοῦ ὄρους.

ὀρεία. Montana. Aſpera. Arboribus conſita. Vt, Via verò quædam erat montana,& anguſta. Et ὄρεια οὐδετέρως, neutro genere. montana. Quæ ſunt montis. Vel quæ ſunt in monte. *Vt in quodam epigrammate.*

--Ὅς τάδ' ὄρεια
ἐνδυτά, καὶ ξανθοὺς ἐκρέμασε πλοκάμους.

-- Qui hæc montana
Indumenta, & flauos ſuſpendit cincinnos.

C Καὶ φώτιος ὁ πατριάρχης. ὀρεῖά σου τὰ δῶρα κάστανα, καὶ ἀμανῖται.

Et Photius Patriarcha, Montana tua dona, *ſunt* caſtaneæ, & amanitæ. i. fungi.

Ὀρείαυλος. ὁ ἐν τοῖς ὄρεσιν αὐλῶν.

ὀρείαυλος. In-monte-tibia-ludens.

Ὀρειβάσιος. σαρδιανὸς, γνώριμος ἰουλιανοῦ τοῦ παραβάτου, καὶ κοιαίστωρ ὑπ' αὐτοῦ καταστὰς κωνσταντινουπόλεως. ἔγραψε πρὸς τοὺς ἀπορουμένους τῶν ἰατρῶν, βιβλία δ'. πρὸς ἰουλιανὸν τὸν βασιλέα βιβλία οβ'. ἐπιτομὴν αὐτῶν ἐν βιβλίοις θ'. πρὸς εὐστάθιον τὸν υἱόν. καὶ περὶ βασιλείας, καὶ περὶ παθῶν.

ὀρειβάσιος. Oribaſius Sardianus, familiaris Iuliano Parabatæ, à quo Conſtantinopolis Quæſtor eſt-conſtitutus. Scripſit ad inopes-conſilij, quatuor medicos libros. Ad Iulianum Imperatorem libros 72. Epitomen eorum, lib. 9. Ad Euſtatium filium. De regno, & de affectibus.

D Ὀρειβάτης. ὁ ἐν ὄρεσι βαίνων. ἡ τραγῳδία φησίν.

ὀρειβάτης. Montigradus. Per-montes-incedens. Tragœdia, *Sophocles in Philoctete. pag.* 417. P. *Philoctetem de ſe loquentem introducens, dicit,*

Ἀλλ' αὖ θανοῦμαι τῷδ' ἐν αὐλίῳ μόνος,

Sed exſiccabor hoc in antro ſolus, L. αὐανοῦμαι. i. ξηρανθήσομαι.

Οὐ πτηνὸν ὄρνιν, οὐδὲ θῆρ' ὀρειβάτην
Τόξοις ἐναίρων τοῖσδε γ'. ἀλλ' αὐτὸς τάλας
Θανὼν, παρέξω δαῖτ' ὑφ' ὧν ἐφερβόμην.

Non volucrem auem, non feram montigradam
Arcubus interficiens his ſaltem: ſed ipſe miſer
Mortuus, præbebo feris *epulas, à quibus alebar.*

Καὶ ὀρειβατεῖν, ὁμοίως.

Et ὀρειβατεῖν eodem-modo *ſumitur, ſcil. pro, per montes ire, per montes vagari.*

E Ὀρείαις. ταῖς ὀρειναῖς. ἀριστοφάνης. μεθ' ἧς ἐγὼ νάπαισιν ὀρείαις ἵζομαι.

ὀρείαις. Montanis. Ariſtoph. Cum qua ego lucis in montanis ſedens.

Ὀρεικὸν ζεῦγος, τὸ τῶν ἡμιόνων.

ὀρεικὸν ζεῦγος. Mulare iugum. Par mularum. Mulæ iugales.

Ὀρεινή. ἀπὸ τοῦ ὄρους. καὶ ὀρεινομῶ, τὸ ἐν ὄρεσι διαιτῶμαι. καὶ ὀρεινὸς ὁμοίως.

ὀρεινή. Montana. Quæ eſt ex monte. Quæ degit in monte. Et ὀρεινομῶ. In-montibus dego. Et ὀρεινὸς eodem-modo *ſumendum, ſcilicet pro montano, pro eo, qui degit in monte.*

Ὀρεινομῶν. τῶν ἐν ὄρεσι διαιτωμένων. ἐν ἐπιγράμματι.

ὀρεινομῶν. In montibus-degentium. In epigrammate 97. *lib* 6. *Epigr. pag.* 431.

F Τριστοὶ θῆκαν ἀρθμια τέχνας.

Pani hæc conſanguinei triplices. i. tres fratres germani, *poſuerunt*, dedicarunt *inſtrumenta artis.*

Δᾶμις μὲν, θηρῶν ἄρκυν ὀρεινομῶν.

Damis quidem, ferarum retia in montibus-degentium, vel, monticolarum, vel montiuagarum.

NOTAE.

Ἐν ἐπιγράμματι.] Epigr. lib. 6. pag. 431. epigr. 97.

ὀνῶ. Iuuo. Proſum.

ὀνωράτης. Honoratus. Nomen proprium.

ὀνωρία. Honoria. Soror Valentiniani, quæ & ipſa regia ſceptra tenuit, *& imperium obtinuit.* Hæc autem deprehenſa-fuit cum quodam Eugenio, qui rerum ipſius curam gerebat, *eiúſque rerum procurator erat,* in clandeſtino congrediens lecto, *eiúſque clandeſtina conſuetudine utens.* Ob hoc autem peccatum ille quidem interfectus fuit, ipſa verò ex Regia fuit-expulſa.

ὀνώριος. Honorius. Nomen proprium.

ὄντα. Ea, quæ ſunt. Eorum quæ ſunt, alia quidem, bona eſſe *conſtat.* Alia verò, mala. Alia, neutra. Bona quidem *ſunt, vt* virtutes. Mala verò, contraria, *vitia ſcilicet, vt* amentia, iniuſticia, & cætera *vitia.* Neutra verò, quæcunque *per ſe* neque lædunt, *neque iuuant,* vt vita, ſanitas, voluptas, pulchritudò, robur, diuitię, gloria, nobilitas. Et contraria, mors, morbus, labor, turpitudo, infirmitas, iguominia, paupertas, ignobilitas, & conſimilia. Hæc enim *quidam aiunt* non eſſe bona: ſed indifferentia, *&* ſpecialiter, *vel ſpeciali nomine vocari* προηγμένα. i. præcedentia, vel prælata. Vt enim caloris proprium *eſt* calefacere, ſic etiam boni *proprium eſt* iuuare *& prodeſſe.* Diuitiæ verò, & ſanitas non magis iuuant, quàm lædunt, *non magis proſunt, quàm obſunt.* Sed ne ipſa quidem voluptas *eſt* bonum. Nam & turpes voluptates eſſe *ſcimus.* Nihil verò turpe *Philoſophi dicunt* eſſe bonum.

ὄντος. Entis. Exiſtentis.

ὄντως. Verè. Reuera.

ὄνοι κανθήλιοι. Aſini magni. *Ariſtoph. Veſpis. pag. 316. v. 13. Schol. annot. 5.*

ὄνυξ. Vnguis.

ὀνυχίζεται. Rem ad vnguem explicat. Id eſt, Rem accuratè tractat, & exponit. Sic Ariſtophanes. In quotidiano verò ſermone, ἐξονυχίζεσθαι *ſignificat* cum aliquo damno decipi. Et *apud Ariſtoph. in Equitibus. pag. 229. v. 11.* Auferam tibi quos *voras* in Prytaneo cibos ἀπονυχιῶ. ἀπονυχίσαι. Pro ἀφαιρήσομαι. Per tranſlationem ductam ab illis, quorum vngues præciduntur, & reſecantur. Eripiam enim (inquit) alimentum, *quo frueris in Prytaneo.* Dicunt autem potiùs ἀπονυχίσαι, quàm ὀνυχίσαι. Vngues præcîdere, & reſecare.

ὀνύχιος, καὶ ὀνυχίτης. Onychius, & onychites, lapilli genus.

Ὀνῶ. τὸ ὠφελῶ.

Ὀνωράτος. ὄνομα κύριον. A

Ὀνωρία. ἀδελφὴ Βαλεντινιανοῦ. ἥτις καὶ αὐτὴ τῶν βασιλικῶν εἴχετο σκήπτρων. ἁλοῦσα δέ τινι τὴν ἐπιμέλειαν τῶν αὐτῆς ἔχοντι πραγμάτων, ἥλω ἐς λάθριον ἐρχομένη λέχος. καὶ ἐπὶ τῷ ἁμαρτήματι ἀνῃρέθη μὲν ἐκεῖνος. ἡ δὲ, τῶν βασιλείων ἐξηλάθη.

Ὀνώριος. ὄνομα κύριον.

Ὄντα. τῶν ὄντων τὰ μὲν, ἀγαθὰ εἶναι. τὰ δὲ, κακά. B τὰ δὲ, οὐδέτερα. ἀγαθὰ μὲν, ἀρεταί. κακὰ δὲ, τὰ ἐναντία. ἀφροσύνη, ἀδικία, καὶ τὰ λοιπά. οὐδέτερα δὲ ὅσα μήτε βλάπτει. οἷον ζωὴ, ὑγεία, ἡδονὴ, κάλλος, ἰσχὺς, πλοῦτος. δόξα, εὐγένεια. καὶ τὰ ἐναντία, θάνατος, νόσος, πόνος, αἶσχος, ἀσθένεια, ἀδοξία, πενία, δυσγένεια. καὶ τὰ παραπλήσια. μὴ γὰρ εἶναι ταῦτα ἀγαθά. ἀλλ' ἀδιάφορα. κατ' εἶδος προηγμένα. ὡς γὰρ ἴδιον θερμοῦ τὸ θερμαίνειν, οὕτω καὶ ἀγαθοῦ τὸ ὠφελεῖν. οὐ μᾶλλον δὲ ὠφελεῖ, ἢ βλάπτει ὁ πλοῦτος, καὶ ἡ ὑγεία. ἀλλ' οὐδὲ ἡ ἡδονὴ ἀγαθόν. C εἶναι γὰρ καὶ αἰσχρὰς ἡδονάς, μηδὲν δὲ αἰσχρὸν εἶναι ἀγαθόν.

Ὄντος. ὑπάρχοντος.

Ὄντως. ἀληθῶς.

Ὄνοι κανθήλιοι.

Ὄνυξ.

Ὀνυχίζεται. ἀκριβολογεῖται, οὕτως ἀριστοφάνης. ἐν δὲ τῇ συνηθείᾳ, τὸ ἐπὶ βλάβῃ τινὶ ἐξαπατηθῆναι. D καὶ ἀπονυχιῶ σου τὰ ἐν πρυτανείῳ σιτία. ἀντὶ τοῦ ἀφαιρήσομαι. ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ὀνυχιζομένων. ἀφαιρήσομαι γάρ φησι τὴν σίτησιν. ἀπονυχίσαι μᾶλλον λέγουσιν, ἢ ὀνυχίσαι.

Ὀνύχινος. εἶδος λίθου. καὶ ὀνυχίτης.

O. CVM Ξ.

Ὄξει. Datiuus. Aceto. Rectus *caſus eſt* τὸ ὄξος. Acetum. & ὀξείδιον. *q. d. paruum-acetum, acetulum. vel idem eſt ac* τὸ ὄξος. Idem etiam *acetum Græce vocatur* ἄλιβας, *quaſi dicas Illibatum,* quòd non libetur, quia mortuum vinum eſt. *quæ verò mortua ſunt, Diis vitæ autoribus non conueniunt.* Ἄλιβας etiam *dicitur* mortuus, cadauer.

ὀξεῖα. Acuta Haſta. *Gladius. Enſis. vel epithetum haſtæ cuſpidem acutam habentis.* Et prouerbium. Per enſem, *vel per acutas enſium cuſpides, & acies* currere. De periclitantibus. *Er. ad. Chil. 2. Cent. 3. col. 437. ad. 55. Pérque enſes. &c. Ariſtoph. Lyſiſtrata. pag. 544. v. 11. & 12.*

ὀξίνην. *Vappam. Vinum acidum. Et* ὀπιτικός, *acidum. Acrem.* Ariſtoph. *in Veſpis. pag. 350. v. 26.* Pugnabamus cum ipſis, ira acida. *i. acri,* hauſta.

ὀξίς. Acetabulum. Acetarium vas. Ariſtoph, in Pluto. *pag. 41. v. 10.*

Acetabulum autem omne, & patella, & olla
Aerea facta-eſt.

ΤΟ Ο ΜΕΤΑ ΤΟΥ Ξ.

Ὄξει δοτική. ἡ εὐθεῖα, τὸ ὄξος, καὶ ὀξείδιον, τὸ ὄξος, καὶ ἄλιβας λέγεται ἀπὸ τοῦ μὴ λείβεσθαι. ἐπὶ νενεκρωμένος οἶνος ἐστὶ, καὶ ἄλιβας ὁ νεκρός. E

Ὀξεῖα. ἡ λόγχη. καὶ παροιμία, δι' ὀξείας δραμεῖν. ἐπὶ τῶν διακινδυνευόντων.

Ὀξίνην. ἀριστοφάνης. ἐμαχόμεθ' αὐτοῖσι, θυμὸν ὀξίνην πεπωκότες. F

Ὀξίς. ἀριστοφάνης ἐν πλούτῳ.

Ὀξὶς δὲ πᾶσα, καὶ λοπάδιον καὶ χύτρα,
Χαλκῆ γέγονεν.

Ὀξὺς

A Ἔστι δὲ ἀγγεῖον ὄξους δεκτικόν, ἢ λοπάδος εἶδος, εἰς ὀξὺ λῆγον.

ὀξὶς autem eſt vas acetarium, quod aceto recipiendo eſt deſtinatum. λοπὰς verò, *vnde nomen adiectiuum diminutiuum λοπάδιον*, omne vaſis genus in acutum deſinens. *i.a. uminatum.*

NOTÆ.

Ἢ λοπάδος εἶδος. apud Ariſtoph. in Pluto. pag. 41. in v. 10. Schol. annot. 6. ſcribitur, vt hîc ſcribendum, λοπὰς δὲ εἶδος ἀγγείου τινός, εἰς ὀξὺ λῆγον.

Ὄξος ἑψητόν, τὸ ἀπὸ φοινίκων.

Ὀξώδεις.

B Ὄξωνος.

Ὀξὺ, καὶ βαρὺ ἐκλήθησαν, κατὰ μεταφορὰν ἐπὶ τῆς ἀκουστικῆς. ἐν ὄγκοις γάρ εἰσι τό, τε ὀξὺ, καὶ τὸ βαρύ. ὀξὺ γὰρ λέγεται, ἐπὶ τῆς ἁφῆς, τὸ ταχέως ἐνεργοῦν. οἷον τὸ μαχαίριον ὀξύ, ὅτι ταχέως κεντεῖ. ἀμβλὺ δὲ, τὸ βραδέως ἐνεργοῦν, καὶ οἷον οὐ κεντοῦν, ἀλλ' ὠθοῦν. ὡς τὸ ὕπερον. ὅσα μὲν γὰρ ἐπιτήδεια εἰς τὸ κεντεῖν ποιῆσαι βουλόμεθα ὀξυγώνια αὐτὰ ποιοῦμεν. ὅσα δὲ εἰς τὸ ὠθεῖν, ἀμ-
C βλυγώνια. οὕτως οὖν καὶ ἐπὶ τῶν ψόφων, ὀξὺν λέγομεν τὸν ταχέως παραγινόμενον ἐπὶ τὴν αἴσθησιν, καὶ ταχέως ἀποπαυόμενον. βαρὺν δὲ, τὸν ἀνάλογον τῷ ἀμβλεῖ, τὸν βραδέως παραγινόμενον ἐπὶ τὴν αἴσθησιν, καὶ μὴ ταχέως ἀποπαυόμενον. ὥσπερ αἱ τεταμέναι μᾶλλον νευραί, οἷον ἡ νεάτη, τῶν ἐπ' ἔλαττον τεταμένων; οἷον τῆς ὑπάτης, τοὺς φθόγγους ὀξυτέρους ἀποδιδοῦσιν. ἡ γὰρ νεάτη τῶν ἄλλων μᾶλλον ἐν τῷ κρούεσθαι διὰ τὴν τάσιν ταχέως πλήττουσα τὸν ἀέρα, ὀξύτατον ποιεῖ τὸν φθόγγον. καὶ ἐν ὀλίγῳ
D μὲν χρόνῳ ἐποίησε τοῦτο. ἐπὶ πολὺ δὲ ἐφύλαξε. τὸ δὲ ὀξὺ καὶ τὸ ἀμβλὺ ἐν διαφόροις γένεσιν εἰσὶ καὶ οὐχ ὑπ' ἀλλήλοις. ἐν φωνῇ. ἐν χυμῷ. ἐν μαχαίρᾳ.

Ὀξύβαφον. τὸ δεχόμενον τὸ ὄξος. μεῖζον δὲ τὸ τρυβλίον τοῦ ὀξυβάφου. Ἀριστοφάνης Ὄρνισιν. ὀξύβαφον ἐντευθενὶ πρόσθου λαβὼν, ἢ τρυβλίον. φασὶ Διοκλέα τὸν Ἀθηναῖον εὑρεῖν τὴν ἐν τοῖς ὀξυβάφοις ἁρμονίαν, ὀστρακίνοις ἀγγείοις. ἅπερ ἔκρουεν ἐν ξυλυφίῳ.

Ὀξυβελής. ὀξέως βάλλων. ἢ ὀξὺ βέλος
E ἔχων.

Ὀξυδέρκεια. ὀξυδερκία δέ.

Ὀξυθυμία. ὅσα καθαίροντες τὰς οἰκίας Ἀθηναῖοι, νύκτωρ ἔθος εἶχον ἐν ταῖς τριόδοις τιθέναι, ταῦτα ὀξυθυμία ἐλέγετο.

Ὀξυθύμια. Ὑπερίδης ἐν τῷ κατὰ Δημάδου φησί. περὶ οὗ πολλῷ ἂν δικαιότερον ἐν τοῖς ὀξυθυ-
F μίοις ἡ στήλη σταθείη, ἢ ἐν τοῖς ἡμετέροις ἱεροῖς. ἔνιοι μὲν, ὧν ἐστι καὶ Ἀρίσταρχος, ὀξυθύμια λέγεσθαί φησι τὰ ξύλα, ἀφ' ὧν ἀπάγχονταί τινες, ἀπὸ τοῦ ὀξέως τῷ θυμῷ χρῆσθαι. ταῦτα δὲ ἐκκόπτοντες ἐξορίζουσι, καὶ καίουσι. Δίδυμος δέ φησιν ὀξυθύμια τὰ καθάρματα λέγεσθαι, καὶ ἀπολύ-

ὄξος ἑψητόν. Acetum coctum. Ex palmis, *dactyliſque confectum.*

ὀξώδεις. Acetoſi. *ab ὀξώδης. acetoſus.*

ὄξωνος. Oxônis. *N.L. fortaſſe vel viri, vel loci nomen eſt* Ὄξων. *ὁ. vel acidulum ſignificat.*

ὀξὺ, καὶ βαρύ. Acutum, & graue dicta-ſunt per tranſlationem ab auditu ductam. In magnitudinibus enim, *in magnitudine* ſunt & acutum, & graue. Nam in tactu dicitur acutum id, quod celeriter agit. Vt gladiolus acutus quia citò pungit, *&* *ſecat*. Hebes verò, qui tardè agit, & qui non pungit, *nec ſecat*: ſed premit, *ac trudit, ac impellit*, ut piſtillum. Quæcunque enim *inſtrumenta, telaque* ad pungendum, *& ſecandū* idonea facere volumus, ea acutis-angulis-prædita. *i. acuta* facimus, *acuimus*. Quæcunque verò ad impellendum *apta facere volumus*, *ea facimus* obtuſos-angulos-habentia. *i. obtuſa.* Sic igitur etiam in ſtrepitu, *ſonum* acutum vocamus illum, qui citò ad *auditus* ſenſum peruenit, *& in eum penetrat*, & celeriter deſinit. Grauem verò, proportione-reſpondentem *hebeti, &* obtuſo, qui tardè ad ſenſum peruenit, *ac penetrat*, & qui non citò ceſſat. Vt fides magis intétæ, qualis eſt nete, quæ iis, quæ minùs intentæ ſunt, cuiuſmodi eſt hypate, ſonos acutiores edunt. Nete enim, quòd magis, quàm aliæ *fides*, dum pulſatur, propter intentionem, celeriter aerem feriat, acutiſſimum edit ſonum. Et breui quidem tempore hoc facit, diúque retines *ſuum ſonum.* Acutum autem, & hebes in diuerſis, non autem ſubalternis generibus verſantur, in voce, in ſapore, in gladio.

ὀξύβαφον. Oxybaphum. Vas, quod recipit acetū, *in quod cibos intingimus*. Tryblium verò maius *eſt* oxybapho. Ariſtophanes Auibus. *pag. 381. v. 21.* Oxybaphum hinc appone ſumptum, vel tryblium. Aiunt Dioclem Athenienſem inueniſſe harmoniam in oxybaphis, id eſt fictilibus vaſis, quæ bacillo pulſabat.

ὀξυβελής. Acutè, *celeriter* feriens. Vel acutum telum, *acutam cuſpidem* habens.

ὀξυδέρκεια. *προπαροξυτόνως per ει, commune.* ὀξυδερκία *vero, παροξυτόνως per ι Ionicum.* Acies-oculorum. Claritas viſus. Acuta-cernendi-vis.

ὀξυθυμία. Quæcunque ædium purgamenta noctu Athenienſes in triuiis ponere ſolebant, hæc vocabantur ὀξυθυμία, *genere fæmineo, &* ὀξυθύμια, *genere neutro, vt infra, & pluribus apud Harpocrationem.* Oxythymia.

ὀξυθύμια. Oxythymia. Hyperides in *oratione* contra Demadem, dicit, Cuius ſtatua multo rectiùs in oxythymiis. *i. in quiſquiliis, & ſterquiliniis* collocaretur, quàm in noſtris templis. Nonnulli quidem, quorum eſt & Ariſtarchus, dicunt oxythymia vocari ligna, de quibus aliqui ſuſpenduntur, quòd ὀξέως τῷ θυμῷ ἐχρήσαντο. i. quòd celeriter ira fuerint vſi. *i. quòd repentino animi motu, & ſubita ira perciti ſe ſuſpenderint.* Hæc autem exciſa exterminant, & comburunt. Didymus verò dicit oxythymia vocari pur-

gamenta, & ſordes. Hæc enim in triuia abſportari, quum ædes purgantur.

ὀξυβολῶ. Celeriter-audio.

ὄξυλος. Oxylus. Nomen proprium.

ὀξύνω. Acuo. Exacuo. Incito. Inſtigo. Et *futurum* ὀξυνῶ, εῖς, εῖ.

ὀξυωπέστερον. Acutiùs-cernens.

ὀξυωπεῖν. Acutè-cernere. Acuta-oculorum-acie-valere. Ipſum thema eſt ὀξυωπῶ.

ὀξυπαθῶς. Magno-affectu. Graui-animi-dolore. Valde grauiter. Grauiſſimè. Vt, Romani autem valde-grauiter ferebant ea, quę nuper ipſis à Choſrhoe aſtutè-deceptis acciderant. *L.* ἐπὶ τοῖς συμβεβηκόσιν ἔναγχος. *&c.*

ὀξυρεγμία. Acidus-ructus. Aciditas-ructus-procreans. Vt, Illa verò frequentes deambulationes faciebat, *frequenter deambulabat*, ſimulans aciditatem ructuum, *quâ infeſtaretur.* ὀξυρεγμία enim dicitur, quum *propter cruditatem à frigido ſtomacho manantem* cibus coaceſcit, *acidóſque ructus ciet.*

ὀξύρροπον. Celeriter-currens. *Citò repens. Quod-citò-propendet, ac citò mutatur.*

ὀξύ. Acutus. Citus Celer. Velox.

ὀξυτονής. Acuta-ſemita. Acuta-via. *Vel eſt epithetum vocis acuto tono notatæ, quæ acutum in vltima ſyllaba habet.*

ὀξύτης. Acies. Acumen. Acor. Acrimonia. Acerbitas. Auſteritas. Arrhianus. Propter Regis auſteritatem, & ipſe crudeliter, & contumelioſè *rem* interpretabatur.

ὀξύτης. Acumen. Tres *ſunt* docilitatis partes, Solertia, Memoria, Acumen. Et memoria quidem, eſt conſeruatio eorum, quæ quis didicit. Acumen verò, celeritas ingenij, *quo quis celeriter percipit, & diſcit ea, quæ docentur.* Solertia verò *dicitur* eorum, quæ quis non didicit ex iis, quæ didicit, inueſtigatio.

ὁ ὤν. Ille, qui eſt. Aeternus ille Deus noſter.

ματα. ταῦτα γὰρ ἀποφέρεται εἰς τὰς τριόδους, ὅταν τὰς οἰκίας καθαίρωσιν. A

Ὀξυβολῶ. τὸ ταχέως ἀκούω.

Ὄξυλος. ὄνομα κύριον.

Ὀξύνω. παροξύνω. καὶ ὀξυνῶ, ὀξυνεῖς.

Ὀξυωπέστεροι ὀξύτερον βλέποντες.

Ὀξυωπεῖν. ὀξέως βλέπειν. τὸ θέμα, ὀξυωπῶ.

Ὀξυπαθῶς. λίαν περιπαθῶς. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι ὀξυπαθῶς εἶχον ἐπὶ τοῖς ἔναγχος ὑπὸ Χοσρόου B παρεστρατηγημένοις αὐτοῖς.

Ὀξυρεγμία. ἡ δὲ περιπάτους ἐποιεῖτο συχνούς, ὀξυρεγμίαν προσποιουμένη. ὀξυρεγμία δὲ λέγεται, ὅταν ἡ τροφὴ ἐποξίσῃ.

Ὀξύρροπον ὀξέως θέον.

Ὀξὺ ταχύ.

Ὀξυτονὴς ἡ ὀξεῖα τρίβος. C

Ὀξύτης. πικρία. αὐστηρία. ἀρριανός. κατὰ τὴν τοῦ βασιλέως ὀξύτητα, καὶ αὐτὸς ὠμῶς τι, καὶ σὺν ὕβρει ἐξηγεῖτο.

Ὀξύτης. ὅτι τρία μέρη εὐμαθίας. ἀγχίνοια. μνήμη. ὀξύτης. καὶ μνήμη μέν ἐστι, τήρησις ὧν ἔμαθέ τις. ὀξύτης δὲ, ταχύτης τῆς διανοίας. ἀγχίνοια δὲ, τὸ ἐξ ὧν ἔμαθε θηρεύειν καὶ ἃ μὴ ἔμαθεν. D

Ὁ ὤν. ὁ ἀεὶ ὢν θεὸς ἡμῶν.

O. CVM Π.

Ὄπα. Vocem. *à recto* ὄψ. *Vox.*

ὀπαδός. Comes. Aſſecla. Vt, Tempus enim *eſt* nulli-venditioni-obnoxium, & *eſt* expers corruptelæ. *i. ſe nulla pecunia vendi, redimique patitur, nec vllis largitionibus corrumpitur*, & huius cuſtos, & comes & inſpectrix Veritas *omnem largitionem, omnémque corruptelam auerſatur. Pro* ἄπραχτος, *&* ἔφοδος, *legendum* ἄπρατος, *&* ἔφορος *ita Volfius idque rectè.*

ὀπάζει. Vel præbet. Vel contemplatur. Vel perſequitur.

O'σειάζουσαν. F. ὀργιάζουσαν, *vt paulo pòst*. Hic locus in exemplari corruptus-eſt. Eò tamen ſpectat, vt ſignificet μαγεύουσαν. i. eam, quæ magicam artem exercet. Nam in ſine ſcribit *autor*. Quinetiam iam nefariam Themin ad externas *gentes* amandauit, *& in remotas ſedes ablegauit*, & Alexandriam, orgia-celebrantem, & in multis Orientis partibus artem-magicam-exercentem.

Ο'σειάζουσαν. ὁ τόπος οὗτος ἐν τῷ ἀντιγράφῳ ἔσφαλτο. καταστρέφει δ' ὅμως εἰς τὸ μαγεύουσαν. γράφει γὰρ ἐν τῷ τέλει. ἤδη δὲ καὶ ἐς τὰς ἐσχάτας ἀπῴκισε τὴν ἀπόρρητον θέμιν. ἐς τε ἀλεξάνδρειαν τὴν ὀργιάζουσαν, καὶ τῆς ἕω πολλαχῇ τὴν μαγεύουσαν.

O' Σκύθης. Scytha equum. In eos, qui clàm aliquid appetunt. Palàm verò reiiciunt, & reſpuunt, *ac auerſantur. Er. ad. Chil. 2. Cent. 2. col. 416. ad. 100. Scytha accipſans aſinum.*

Ο'σκύθης τὸν ἵππον. ἐπὶ τῶν κρύφα τινὸς ἐφιεμένων. φανερῶς δὲ ἀπωθουμένων καὶ διαπτυόντων. B

O'σμὴ. Odor. Suauis odor. *Ariſtop. Auibus. pag* 431. *v.* 14. 15. 16. *Schol. annot.* 3.

Ο'σμὴ. ἡ εὐωδία.

Odor autem maximus, & ſuauiſſimus *in profunditatem orbis* cœleſtis, in altiſſimum cœlum

Ο'σμὴ ἀνονόμαστος. ἐς βάϑος κύκλου

It, aſcendit. Eſt autem *pulchrum ſpectaculum ſuffituum.*

Χωρεῖ, καλὸν ϑέαμα. ϑυμιαμάτων

Auræ verò ſpirantes-agitant, & diſpergunt *ipſam circumuolutionem fumi*. i. fumum ex ſuffitu prodeuntem, qui contortus, & circa ſuffitum inuolutus, cœlum petit.

Δ' αὖραι διαπνέουσι πλεκτάνην καπνοῦ. C

Quære in voce Α'ϑραπς.

Ζήτει ἐν τῷ ἄϑραπος.

N O T AE.

Ο'σμὴ ἀνονόμαστος.] Apud Ariſtoph. in Auibus. pag. 431. v. 14. 15. 16. Schol. annot. 3. & 4.

Ο'σμὴ δ' ἀνονόμαστος ἐς βάϑος κύκλου.
Χωρεῖ, καλὸν ϑέαμα ϑυμιαμάτων.
Αὖραι διαψαίρουσι πλεκτάνην καπνοῦ.

Conſule Schol. annot. 3. & 4. Alluſit autem ad illos Homeri verſus, qui Iliados A. pag. 35. P. leguntur.

Κνίση δ' οὐρανὸν ἷκεν ἑλισσομένη περὶ καπνῷ.

Δυσωδίαν. Malum-odorem. Fœtorem. Puta *verò ſic vocari* inſuauitatem, *& odorem naribus ingratum. Vel, Fœtorem exiſtima moleſtiam.*

Δυσωδίαν. νόμιζε τὴν ἀηδίαν. D

Ο'σσόμενος. Effingens-ſimulachra. *Aliquid imaginans. Praeſagiens. Ominans.* Expectans. Vel, oculis-intuens.

Ο'σσόμενος. ἀνειδωλοποιούμενος. προσδοκῶν. ἢ τοῖς ὀφϑαλμοῖς ἐπιβλέπων.

Ο'σσον βασιλεύτερος εἰμί. Quanto præſtantior-rex ſim. Homerus *Iliados* I. *pag.* 313. *v.* 7. hoc ὅσον hîc ſumit non ad ſignificandam multitudinem: ſed pro, quatenus ſum præſtantior-rex.

Ο'σον βασιλεύτερος εἰμί. ὅμηρος τὸ ὅσον ἐνταῦϑα, οὐκ ἐμφαντικὸν πλήϑους λαμβάνει. ἀλλὰ ἀντὶ τῦ καϑ' ὅσον εἰμι βασιλικώτερος.

Ο'σον βιώσιμον. Quantum vitale. Quantum viuere poteſt, pro, quod eſt vitale, quod viuere poteſt.

Ο'σον βιώσιμον. ὅσον ζῆσαι.

Ο'σον οὐκ ἀπ. Tantùm non, pro, fere, propemodum perfectum-eſt.

Ο'σον οὐκ ἀποτετέλεσο. ἀντὶ τοῦ σχεδόν. E

Ο'σον οὐκ ἤδη. Propemodum iam, *mox* malè, & miſere perituris. Et ruſſus. Illum enim fere *totius* Aſiæ regnum obtenturum eſſe *dicebat.*

Ο'σον οὐκ ἤδη πονήρως τε, καὶ ἀϑλίως ἀπολουμένων. καὶ αὖϑις. ἐκεῖνον γὰρ ὅσον οὐ βασιλεύειν τῆς ἀσίας.

Ο'σον οὔπω. Tantùm non. Fere. Propemodùm. Citò Celeriter. Paulo pòſt. Mox Vel pro iam *ſumitur*. Vt, Ille verò, ſimel reputans mox futuram neceſſariarum *rerum, & commeatuum* penuriam, obſidionem ſoluit. Et rurſus. Domum enim citò lapſuram *putabat*. Et rurſus. Moxmox Barbaros aduenturos expectabat.

Ο'σον οὔπω. ταχύ. μετ' ὀλίγον. ἢ ἀντὶ τῦ ἤδη. ὁ δὲ, ἅμα ἐνϑυμούμενος τὴν ὅσον οὔπω ἀπορίαν τῶν ἀναγκαίων, λύει τὴν πολιορκίαν. καὶ αὖϑις. πεσεῖσϑαι γὰρ ὅσον οὔπω τὴν οἰκίαν. καὶ αὖϑις. ὅσον οὔπω προσεδόκα παρεσομένους τοὺς βαρβάρους. F

Ο'σῳ. & ὁπόσῳ. Quanto.

Ο'σω καὶ ὁπόσῳ.

Ο'σῳ πλεῖον. Quanto plus *ſit* dimidium toto. Hoc eſt, Parum cum iuſticia *coniunctum*, maiorem vtilitatem affert, *plus prodeſt*, quàm magnæ opes cum iniuſticia *coniunctæ*. Heſiodus dicit *in* ἔργοις καὶ ἡμέραις. *pag.* 3. *Er. ad. Chil.* 1. *Cent.* 9. *col.* 313. *ad.* 95. *Dimidium plus toto.*

Ο'σῳ πλέον ἥμισυ παντός. τουτέστι τὸ ὀλίγον μετὰ δικαιοσύνης, τῦ πολλοῦ μετ' ἀδικίας πλείονα ἔχει τὴν ὄνησιν. ἡσίοδος φησίν.

ὁ σπίνον.

A Ὀσπήτιον. τὸ οἴκημα.

ὀσπήτιον. Hoſpitium. Diuerſorium. *Latinum eſt vocabulum.*

Ὄσπριον. εἶδος σπέρματος. λέγεται δὲ καὶ χέδροψ τὸ ὄσπριον, παρὰ Θουκυδίδῃ.

ὄσπριον. Legumen. Seminis genus. Apud Thucydidem autem legumen dicitur & χέδροψ. ὄσπριον verò *dictum à σπείρω, ſero, ſemino. perf. med. ἔσπορα. hinc σπόριον, & tranſpoſitione literarum, ὄσπριον, quod ſeminetur.*

Ὀσροήνη. ὄνομα πόλεως. ἢ τόπου. καὶ ὀσροίης. ὄνομα κύριον.

ὀσροήνη. Oſrohene. Nomen vrbis, aut loci. Et Oſrhoes, Nomen proprium.

Ὀστᾶ τροπικῶς, οἱ λογισμοί. ἐπειδὴ τὰ ὀστᾶ στερεωτέραν ἔχουσι φύσιν. καὶ αὐτὰ φέρει τὸ ζῶον. λέγεται καὶ ὀστέον, ὀστοῦν.

ὀστᾶ. Oſſa. Tropicè *ſunt* ipſæ cogitationes, quia oſſa ſolidiorem habent naturam, & ipſa ferunt animal. Dicitur autem ὀστέον, & *per contractionem,* ὀστοῦν. os. oſſis.

B Ὀστᾶ γιγάντων. ζήτει ἐν τῷ μνᾶς. ζήτει ὀστᾶ Ἱερεμίου τοῦ προφήτου. ἐν τῷ ἀργόλαι.

ὀστᾶ γιγάντων. Oſſa Gigantum. Quære in voce Μναῖ. Quære oſſa Hieremiæ Prophetæ in voce Ἀργόλαι.

Ὀστάναι. οὗτοι παρὰ Πέρσαις μάγοι ἐλέγοντο. κατὰ διαδοχὴν ὀστάναι. ζήτει ἐν τῷ ἀστρονομία.

ὀστάναι. Oſtanæ olim apud Perſas Magi vocabantur. Per ſucceſſionem Oſtanæ. Quære in Ἀστρονομία.

Ὀστιάριος. εἶδος ἀξιώματος. οἶμαι δὲ διὰ τοῦ ω μέγα ὠστιάριος. παρὰ τὸ ὠθεῖν.

ὀστιάριος. Oſtiarius. Dignitatis genus. *Officij genus. Sic autem appellatur ille, qui curam gerit oſtij, vt Ianitor, qui ianuæ curam gerit, vt eam & aperiat, & claudat, quum opus eſt, & ingredientes, ac egredientes obſeruet.* Arbitror autem per ω magnum *eſſe ſcribendum* ὠστιάριος, ab ὠθεῖν, pellere, *repellere, propulſare. perf. paſſ.* ὦσμαι. ὦσαι ὦσαι. *quòd oſtium repellat, & propulſet eos, qui nocendi cauſa vellent ingredi. Latini oſtium ab obſtando, ac impediendo tradunt deductum.*

C Ὀστία παρὰ ῥωμαίοις, ἡ θύρα. καὶ ἐξ αὐτοῦ ὀστιάριος, διὰ τοῦ ο μικροῦ.

ὀστία. ὄστιον. Oſtia. Oſtium apud Romanos ipſa Ianua. & hinc *deductum nomen* ὀστιάριος, oſtiarius. *Quod ideo ſcribendum* per ο paruum.

Ὀστίνοις. τοῖς αὐλοῖς. ἐπεὶ τὸ παλαιὸν ἀπὸ τῶν ἐλαφείων, ὀστῶν κατεσκεύαζον τοὺς αὐλούς. ἀριστοφάνης. τοῖς ὀστίνοις φυσῆτε τὸν πρωκτὸν κυνός.

ὀστίνοις. Tibiis. Fiſtulis. Quia olim ex ceruinis oſſibus tibias conficiebant. Ariſtoph. *in Acharnenſibus.* pag. 295. v. 17. Oſſeis *tibiis, ſiue fiſtulis* inflate podicem canis.

NOTÆ.

Ὀστίνοις.] Ariſtoph. in Acharnenſibus. pag. 295. v. 17. Schol. annot. 12. τοῖς ὀστίνοις] λέγει τὸ αὐλοῖς. ὀστίνοις δὲ ἔφη, ἐπεὶ τὸ παλαιὸν. &c.

D

Ὀστλίγγες. αἱ λαμπηδόνες.

ὀστλίγγες. Scintillæ. Coruſcationes. Splendores. Fulgores.

Ὀστολογεῖν. ἐξετάζειν. ἐξερευνᾶν.

ὀστολογεῖν. Examinare. Scrutari. *Q. d. In ipſa vſque oſſa conſiderando penetrare.*

Ὀστρακισμός. οἱ κακουργότατοι τῷ δήμῳ ἐξωστρακίζοντο. καὶ κατεδικάζοντο. ὀστράκοις γὰρ ἐγράφετο τὸ ὄνομα τοῦ φυγαδευομένου.

ὀστρακισμός. Oſtraciſmus. Sceleratiſſimi à populo per oſtraciſmum relegabantur, & condemnabantur. Illius enim, qui relegandus erat, nomen teſtulis inſcribebatur, *quas Græci vocant* ὄστρακα. *Vide Ariſto. in Equitibus. pag. 238. v. 11. Schol. annot. 7. in* ὀστρακίνδα.

Ὀστρακισμὸς φυγῆς διαφέρει. ὅτι τῶν μὲν φυ-
E γῆς ἁλόντων, αἱ οὐσίαι ἐδημεύοντο. τῶν δὲ ὀστρακισμῷ ἀποστάντων, οὐκ ἀφῄρει τὰ χρήματα ὁ δῆμος. καὶ τοῖς μὲν χρόνος ἐνδείκνυται, καὶ τόπος. οἱ δὲ φεύγοντες, οὐδέτερον τούτων ἔχουσιν. ὁ κίμων τῇ ἀδελφῇ ἐλπινίκῃ συγκοιμηθεὶς, καὶ διαβληθεὶς πρὸς τοὺς πολίτας, ἐξωστρακίσθη.

ὀστρακισμός. Oſtraciſmus. i. Relegatio, differt ab exilio. Quia illorum quidem, qui damnati fuerant, & in exilium pulſi, *vel, qui conſcientia ſcelerum, metúque pœnarum in voluntarium exilium abierant,* bona publicabantur. Illis verò, qui per oſtraciſmum *ab vrbe* receſſerant. *i. Relegatis,* populus bona non auferebat. Et his quidem tempus, locúſque præſcribitur. Exules verò neutrum horum habent. Cimon, quòd cum ſorore Elpinice concubuiſſet, apud ciues accuſatus eſt, & relegatus.

Ὀστρακόδερμοι ἰχθύες. οἷον ὄστρεα, πορφύραι, κήρυκες, στρόμβοι, ἐχῖνοι. ἃ οὔτε θήλεα, οὔτε ἄρ-
F ρενα εἰσίν.

ὀστρακόδερμοι ἰχθύες. Teſta tecti piſces. Vt oſtrea, purpuræ, ceryces, ſtrombi, echini, quæ *piſcium genera* neque fœminæ, neque mares ſunt.

Ὀστράκου περιστροφή. παροιμία ἐπὶ τῶν ταχέως τι ποιούντων λεγομένη. εὐνάπιος. ὥσπερ ὀστράκου μεταπεσόντος, ἐπὶ τὸ βέλτιον ἐχώρησε ῥωμαίοις.

ὀστράκου περιστροφή. Teſtæ conuerſio. *Velut Er. ad. Chil. 2. Cent. 1. col. 365. ad. 51. Teſtulæ tranſmutatio. Illic & de Oſtraciſmo verba fiunt.* Prouerbium, quod dicitur de illis, qui celeriter aliquid faciunt. Eunapius. Vt teſtula inuerſa, *& in diuerſum, vel in contrarium mutata,* res in melius ceſſit. Romanis.

Ὄστρεα. τραϊανῷ ἐν πάρθοις ὄντι, καὶ τῆς θα-

ὄστρεα. Traiano apud Parthos agenti, & multo

rum dierum itinere diſtanti à mari, Apicius ille opſoniorum-deuorator, *belluo, guloſus* oſtrea recentia tranſmiſit, quæ *magna* ſolertia coaceruarat, & *conſeruarat.*

Ὀσφραντικόν. Odoratus inſtrumentum. *Hoc autem* eſt appendix, *L.* ἀπόφυσις, *vt paulo pòſt*, in anteriore *parte* cerebri, mammæ-ſpeciem-habens, poſt eiuſdē-formæ oſſa interiora. Fit autem odorum perceptio. *i. odores autem percipiuntur* per facultatem aeris odores tranſmittentis *ad noſtras nares*, Etenim apud Theophraſtum διοσμός. i. dioſmus, eſt ipſa facultas odorum tranſmittendorum, *vel, odores tranſmittens facultas.* Non eſt enim ipſe naſus ſenſus-inſtrumentum, *quo percipiuntur odores*: Sed illa cerebri appendix, ſiue apotheſis, mammæ-figuram-habens. *N. L. Vt*, Decumbebat olfaciens. Qui enim præ metu diſſoluuntur, *atque deficiunt*, odoratu dolorem ſedant. Hic autem dolor ipſis ex corde venit.

Ὀσφραίνομαι. Genitiuo. Odoror. Odorem-ſentio. Olfacio.

Ὀσφύς. Partes, quæ ſunt propè nates. Vel ipſa dorſi ſpina. Vel lumbus. *Ile.* Et, vt Ariſtoteles *tradit*, *dicitur* ὀσφὺς ἡ ἴση μοῖρα &c. i. æqualis *pars corporis* ad ſuperiores *partes* enata, quaſi dicas, ἰσοφύς τις οὖσα, *quòd lumbus ſit in homine poſterior, eàque media renum pars, æquali fere menſura, ſpatióque tam à pedibus, quàm à capite diſtans.* At (vt Apollodorus ait) *dicta eſt pars iſta*, quaſi ὀστεοφυής τις οὖσα, quòd oſſibus-natis-munita ſit. Eſt enim oſſibus-abundans.

Ὄσχεος. & ὄσχεον. τό. Locus circa pudenda. *Locus pudenda circundans. Scrotum, ſiue ſcortum. Teſtium conceptaculum. Vide Lex.*

Ὀσχοφόροι. Oſchophori. Duo fuerunt genere, & opibus excellentes, Oſche verò, palmes eſt vuas pendentes habens. Hanc autem *oſchen* quidam oreſchada vocant.

λάσσης ἀπέχοντι ἡμερῶν πολλῶν ὁδὸν, ἀπίκιος A
ὁ ὀψοφάγος ὄστρεα νεαρὰ διεπέμψατο ὑπὸ σοφίας τεθησαυρισμένα.

Ὀσφραντικόν. αἰσθητήριόν ἐστιν, ἡ κατὰ τὰ ἐμπρόσθια τοῦ ἐγκεφάλου μαστοειδὴς ἀπόφυσις. μετὰ τὰ ὁμοιοειδῆ ὀστέα ὡς ἐπὶ τὸ ἔνδον. γίνεται δὲ ἡ ἀντίληψις τῶν ὀσμῶν διὰ τῆς διόσμου τοῦ ἀέρος δυνάμεως. καὶ γὰρ διόσμος ἐστὶν ἡ διαπορθμευτικὴ δύναμις τῶν ὀσφραντῶν παρὰ Θεοφράστῳ. οὐκ ἔστι δὲ ἡ ῥὶς τὸ αἰσθητήριον, ἀλλ᾽ ἡ μαστοειδὴς τοῦ ἐγκεφάλου ἀπόφυσις, ἢ ἀπόθεσις. κατέκειτ' B
ὀσφραινόμενος. οἱ γὰρ ὑπὸ φόβου ἐκλυόμενοι, ὀσφρήσει τὸν πόνον παύουσιν. ὁ δὲ πόνος αὐτοῖς ἐκ καρδίας γίνεται.

Ὀσφραίνομαι. γενικῇ.

Ὀσφύς. τὰ πλησίως τοῦ γλουτοῦ. ἢ ἡ ῥάχις, ἢ ἡ ψόα. ὡς μὲν Ἀριστοτέλης ἡ ἴση μοῖρα τοῖς ἄνω ἐκπεφυκυῖα, ἰσοφύς τις οὖσα. ὡς δὲ Ἀπολλόδωρος, οἱονεὶ ὀστεοφυὴς οὖσα. ὀστώδης γάρ ἐστιν. C

Ὄσχεος. ὁ περὶ τὰ αἰδοῖα τόπος.

Ὀσχοφόροι. δύο ἦσαν τῷ γένει, καὶ πλούτῳ προέχοντες. ἡ δὲ ὄσχη, κλῆμά ἐστι βότρυς ἐξηρτημένους ἔχον. ταύτην δ᾽ ἔνιοι ὀρεσχάδα καλοῦσιν.

O. CVM T. — ΤΟ Ο ΜΕΤΑ ΤΟΥ Τ. D

Ὄττα. *Atticè*, & ὄσσα. *communiter.* Fama. Vaticinium. Diuina vox. *Diuinum oraculum. Augurium. Omen. Præſagitio. Præſagium.* Et ὀττεύεσθαι. Vaticinari. *Præſagire. Ominari. Augurari. Diuinare.* Vt, Ille verò, prudenter auguratus id, quod futurum erat, in eam cogitationem venit, *cogitauit*, fore, vt præſidium à Ptolemæo *in vrbe collocatum* expelleret.

Ὅταν σε. Cùm te occaſio introduxerit. Pro, Cùm occaſio te vocarit. *Quum opportuna fuerit occaſio.*

Ὅταν σύ. Quum tu fortaſſe aliò diuiſeris *animum. Sic enim & Virgil. Aen. lib. 4. pag. 198. v. 21. & 22. Atque animum nunc huc celerem, nunc diuidit illuc, In partéſque rapit varias, pérque omnia verſat.* Pro, Quum animum in *res* alias intentum habueris. *Vide Ariſtop. in Nubibus. pag. 84. v. 9. Schol. annot. 8. & pag. 99. Schol. annot. 12. vbi docetur quid ſit* χάζειν.

Ὁτέοισιν. *Ionicè, & Poeticè, pro communi* οἷς τισιν. Quibuſcunque. Quibus.

Ὀττευομένη. Ominans. Augurans. Vaticinans. *Genere f. Et* ὀττευόμενοι. *g. m. ominantes, augurantes, vaticinantes. Vt*, Ex ipſa legatorum tacita-ſignificatione, *vultúque coniecturam ducentes, & rerum euentum* ominantes, in omnigenos eiulatus, & lamentationes inciderunt. ὀττευόμενοι, pro ὀρνεοσκοποῦντες, augurantes, & *quaſi captatis auſpiciis præſagientes.*

Ὀττευσάμενος. Auguratus. Ominatus. Vaticinatus.

Ὀττεία. Augurium. Omen. Diuinatio. Vaticinatio.

Ὅτι τί. Pro διατί. Ob quid? Quam ob cauſam? Cur? Illud verò τί ſuperfluum *eſt*. Ariſtop. Nubibus.

Ὄττα, καὶ ὄσσα. φήμη. μαντεία. θεία κληδών. καὶ ὀττεύεσθαι, τὸ μαντεύεσθαι. ὁ δὲ, τὸ μέλλον εὐφρόνως ὀττευσάμενος, εἰς ἔννοιαν ἦλθε τὴν φρουρὰν ἀποξενώσασθαι τὴν παρὰ Πτολεμαίου.

Ὅτ᾽ ἄν σε καιρὸς εἰσάγῃ. ὅταν καιρὸς καλῇ.

Ὅταν σύ που ἄλλοσε χάσῃς. ἀντὶ τοῦ περὶ ἄλλα τὴν διάνοιαν ἔχῃς. E

Ὁτέοισιν. οἷς τισιν.

Ὀττευομένη, κληδονιζομένη. οἰωνιζομένη. μαντευομένη. ἐξ αὐτῆς δὲ τῆς τῶν πρέσβεων ἐμφάσεως ὀττευόμενοι, εἰς παντοδαπὰς οἰμωγὰς, καὶ θρήνους ἔπιπτον. ἤτοι ὀρνεοσκοποῦντες. F

Ὀττευσάμενος. οἰωνισάμενος. μαντευσάμενος.

Ὀττεία. ἡ μαντεία.

Ὅτι τί, ἀντὶ τοῦ διατί. τὸ δὲ τί περιττὸν, ἀριστο-

A φαίνης νεφέλης. ζήτει τὴν διότι πρὸς τὸ ὅτι διαφορὰν ἐν τῷ διότι.

pag. 164. v. 26. Διότι, λέγ. Ὅτι ποιήσεις οὐχὶ συναποθνῄσκουσι. Di. Aeſch. Quia poeſis non eſt-mortua mecum. Et pag. 174. v. 35. Quære in voce Διότι diſcrimē inter ὅτι, & διότι

Ὅτι μ' εἰδέναι. αὐτὶ τ͂ ὅσον ἐμὲ εἰδέναι. ἤκουσα πονηρά γ' ἐστὶν ὅτι κἀμοὶ εἰδέναι.

Ὅτι μ' εἰδέναι. ſ. ὅ,τι μ' εἰδ. ὅ,τι κατ' ἐμὲ εἰδέναι, pro, κατὰ ἐμὲ εἰδέναι Quod ego ſciam, vel, quantum ego ſcio.

Ὅτι νόμος ἐστὶν ὑπὲρ μ' ἔτη γενόμενον χορηγεῖν παισίν.

Ὅτι νόμος. Lex eſt, vt ille, qui annos quadraginta ſuperauit, pueris ſumptus-ſuppeditet.

Ὅτι ξένους τινὰς ἑαυτοῦ αἰχμαλώτους σκάπτοντας ἐν τῷ φιλίππου ἀμπελουργίῳ, καὶ δεομένους, παρὰ τούτου ἐξῃτήσατο παρὰ φιλίππου σάτυρος. αἰσχίνης μὲν ἐν τῷ περὶ παραπρεσβείας

B φησίν. ὁ δὲ δημοσθένης, ἐν τῷ κατ' αἰσχίνου λέγει ὅτι τὰς ἀπολλοφάνους θυγατέρας ἐξῃτήσατο. καὶ ἔοικε μᾶλλον ἀληθεύειν. καὶ γὰρ ἀριστοτέλης ἔν τινι τῇ πρὸς φίλιππον ἐπιστολῶν λέγει. σατύρῳ τῷ ὑποκριτῇ, τὰς ἀπολλοφάνους θυγατέρας ἀφῆκεν. ὅτι παιδὶ καὶ γυναικὶ οὐκ ἐξῆν ἐμβάλλειν περαιτέρω μεδίμνου.

Ὅτι ξένους. Quoſdam peregrinos, ſuos captiuos, fodientes in Philippi vinea, & precantes, Vel, noſſius, δεομένους. i. ligatos, vinctos, in conniuio Satyrus à Philippo petitos-impetrauit. Aeſchines quidem in oratione de falſa-legatione hoc dicit. Demoſthenes verò in oratione contra Aeſchinem ait eum à Philippo Apollophanis filias petitas-impetraſſe. Quod ad veritatem propius accedere videtur. Nam & Ariſtoteles in quadam in Philippum epiſtola dicit, Satyro hiſtrioni filias Apollophanis condonauit. Quia puero, & vxori vltra modium hordei immittere non licebat. N. L. Vnoſſius, συμβάλλειν. i. conferre.

Ὅτι περ ἐστὶν ὄφελος ἐν τῇ πόλει. ἀριστοφάνης. τουτέστιν εὐγενεῖς.

Ὅ, τι περ ἐστὶν ὄφελος. Quæcunque eſt vtilitas in ciuitate. Quidquid eſt hominum vtilium in Repub. Ariſtophanes. In Eccleſiazuſis. pag. 486. v. 32. Vide infra

C pag. 534. in ὄφελος. Pro, Nobiles, quorum maximus eſt in Repub. vſus.

Ὅτι πρὸς τ͂ φυλῇ τοῦ κτησαμένου, αἱ πρὸς τοὺς δούλους λαγχάνονται δίκαι.

Ὅτι πρός. In tribu Domini, lites aduerſus ſeruos intendebantur, mouebantur. Id eſt, Serui in ſuorum dominorum tribu accuſabantur.

Ὅτι ῥά. ὅτι δή.

Ὅτι ῥά. Quòd iam.

Ὅτι τὰ ἐπικηρυττόμενα χρήματα τισὶ, ἐπὶ τῇ βωμῷ ἐτίθετο.

Ὅτι τά. Pecunia aliquibus aliquorum proſcriptorum interfectoribus, per-præconis-vocem-promiſſa, in ara collocabatur.

Ὅτι οἱ ποιητοὶ παῖδες, ἐπανελθεῖν εἰς τὸν πατρῷον οἶκον οὐκ ἦσαν κύριοι, εἰ μὴ παῖδας γνησίους καταλίποιεν ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ ποιησαμένου.

Ὅτι οἱ ποιητοί. Filiis adoptiuis in paternam familiam reuerti non licuit, niſi filios germanos, & legitimos reliquiſſent in familia illius, à quo fuerant adoptati.

D Ὅτι οἱ ἁλόντες ἐπ' ἀκουσίῳ φόνῳ, εἶχον ἐξουσίαν εἰς διοίκησιν τ͂ ἰδίων, δημοσθένης τε ἐν τῷ κατ' ἀριστοκράτης ὑποσημαίνει, καὶ θεόφραστος ἐν τῷ ιγ' τῶν νόμων.

Ὅτι οἱ ἁλόντες. Quòd illi, qui non-voluntariæ: ſed fortuitæ cædis conuicti fuerant, habuerint poteſtatē in ſuorum bonorum adminiſtrationem, ita, vt res ſuas arbitratu ſuo poſſent adminiſtrare, & Demoſth. in oratione contra Ariſtocratem, & Theophraſtus Legum decimotertio ſubindicat.

Ὅτι χιλίας ἐζημιοῦντο αἱ κατὰ τὰς ὁδοὺς ἀκοσμοῦσαι γυναῖκες.

Ὅτι χιλίας. Mulieres, quæ in viis immodeſtæ-fuiſſent, mille drachmis mulctabantur.

Ὀτλήσοντες. ὑπομενοῦντες. κακοπαθήσοντες. ἐν ἐπιγράμματι.

Ὀτλήσοντες. Toleraturi. Aerumnas-paſſuri. In epigrammate.

E Ἔνδικον ὀτλήσοντες ἀεὶ πόνον. ἐξ ὑμέων γὰρ

Iuſtum toleraturi ſemper laborem. propter vos enim

Φεῦ πυρὸς ἐς πόσην πληθομένην ἐργασίην.

Heu ignis in quantum venimus opus. id eſt, In quantum incendium incidimus!

Ὄτλοι. οἱ πλόκαμοι.

Ὄτλοι. Cincinni. Capilli-torti. Capilli-nexi.

Ὄτλος. ἡ κακοπάθεια. καὶ ὀτλεύω, τὸ κακοπαθῶ. τάλας, ἐφώνει, μόχθον οἷον ὀτλεύεις.

Ὄτλος. Aerumna. Miſeria. Calamitas. Et ὀτλεύω. Miſerias, calamitates, ærumnas tolero. Vt in illo ſenario, Miſer, clamabat, qualem ærumnam toleras! Sophocles in Trachiniis. pag. 330. v. 7. Schol. Vbi docetur quid ſit ὄτλος.

Ὄτοβον. ὅμαδον. ἦχον. οὔτε γλυκὺν αὐλῶν ὄτοβον. καὶ αὖθις. περιίσταται διαπρύσιος

F ὄτοβος.

Ὄτοβον. Strepitum. Sonum. Sophocles in Aiace. pa. 67. v. 1213. metri cauſa (vt Triclinius ait) ὄτοβον per ſimplex τ habet ſcriptum. Neque dulcem tibiarum ſonū. Et rurſus alibi legitur, Ipſum Circunſtat grauiſſimus ſtrepitus. q. d. penetrantiſsimus ſtrepitus.

Ὀτοτύζειν. θρηνεῖν.

Ὀτοτύζειν. Vlulare. Eiulare. Lugere. Lamentari.

Ὅτου χάριν. τίνος ἕνεκεν.

Ὅτου χάριν. Cuius gratia. Cuius cauſâ.

Ὅτῳ γὰρ φίλον. ᾧ τινι ἀρέσκει.

Ὅτῳ γὰρ φίλον. Cui enim hoc eſt gratum. Cui placet hoc. Vt apud Sophoclem in Aiace. p. 59. v. 1049. & 1050.

Cui verò non iſta ſunt in animo grata, Cuiuſcunque verò animo hæc non ſunt grata, cui hæc non placent,

Οὕτῳ δὲ μὴ τά δ᾽ ἐστὶν ἐν γνώμῃ φίλα, A

Ille & illa diligat, & ego iſta. Ille illam ſententiam amplectatur, & ſequatur, ego verò ſententiam hanc ſequar, & amplectar.

Ἐκεῖνος τἀκείνου στεργέτω, κἀγὼ ταῦτα.

Et ὅτῳ αὖ &c. Pro, Quomodo, & qua ratione ipſum vlciſcerentur.

Καὶ ὅτῳ αὖ αὐτὸν τιμωρήσαιντο, ἀντὶ τοῦ ὅπως, καὶ ἀντὶ τοῦ ᾧ τινι.

NOTAE.

Ἐκεῖνος.] Apud Sophoclem in Aiace ſcribitur, vt hic ſcribendum.

Κεῖνός τ᾽ ἐκεῖνα στεργέτω, κἀγὼ τάδε.

ὀττοτοῖ. Ottotoe. Pro, φεῦ. Heu!

Ὀττοτοῖ, ἀντὶ τοῦ φεῦ.

ὀτραλέως. Accuratè. Diligenter. Studioſè. Sedulò.

Ὀτραλέως. σπουδαίως. B

ὁ τρέσας Ἀρ. Ariſtodemus, qui tremuit. Tremulus, ſiue trepidus Ariſtodemus, ſic vocatus-eſt ille, qui cum Euryta, *ſuis* oculis, Perſicæ pugnæ particeps non fuit. *i. qui Perſarum pugnam ſpectare recuſauit.*

Ὁ τρέσας Ἀριστόδημος. ὁ Ἀριστόδημος οὕτως ἐκλήθη, ὃς σὺν Εὐρύτῳ τοῖς ὀφθαλμοῖς οὐκ ἐκοινώνησε τῆς περσικῆς μάχης.

ὀτρῆος. *Ionicus genitiuus, pro comm.* ὀτρέως. Otrei. Nomen proprium, cuius rectus *caſus eſt.* ὀτρεύς. Otreus.

Ὀτρῆος. ὄνομα κύριον. οὗ ἡ εὐθεῖα. ὀτρεύς.

ὀτρηρός. Celer. Induſtrius. Celerrimus. Diligens. Ad-augendum-promptus.

Ὀτρηρός. ταχύς. δραστήριος. ὀξύτατος.

ὄτριχας. Pro ὁμότριχας. *Epithetum equorum, vel equarum. Homerus Iliados* B. *pag. 95. verſ. 17. & ſignificat eos, eáſue, qui, quæue* ſimiles-crines habent.

Ὄτριχας. ὁμοιότριχας. C

ὁ τρυγίας. Apud Scripturam *ſacram* ὁ τρυγίας. *i. fax. vt pſalmo 74. pag. 176. v. 6. vocatur* extrema *pars* iræ.

Ὁ τρυγίας παρὰ τῇ γραφῇ, τὸ ἔσχατον τῆς ὀργῆς.

ὁ τρύγητος. Vindemia iſtis omnibus medebitur. *Vindemia ſanabit hæc omnia mala. Quod dicitur* in eos qui de rebus aliquibus bona pollicentur.

Ὁ τρύγητος ταῦτα πάντ᾽ ἰάσεται. ἐπὶ τῶν χρηστὰ ἐπαγγελλομένων περί τινων ὑποθέσεων.

ὀτρυγήφατος. Cerealis fructus. *Cereales fruges.*

Ὀτρυγήφατος. ὁ δημητριακὸς καρπός.

ὀτρυνόντος. Iubentis. Incitantis. Impellentis. Et ὀτρύνω. accuſatiuo. Hortor. Incito. Concito. Impello.

Ὀτρυνόντος. κελεύοντος. καὶ ὀτρύνω, αἰτιατικῇ.

οὗ. Locale. *i. loci* aduerbium. Pro ὅπου. Vbi. *Sophocles in Oedipo Colonæo. pag. 271. v. 7. & 8.*

Οὗ. τοπικὸν ἐπίρρημα. ἀντὶ τοῦ ὅπου. D

Vbi membra flecte, hoc in impolito ſaxo.

Οὗ κῶλα κάμψον τοῦδ᾽ ἐπ᾽ ἀξέστου πέτρου.

Longum enim vt ſeni profectus- es iter.

Μακρὰν γὰρ ὡς γέροντι προὐστάλης ὁδόν.

Pro progreſſus enim es iter longius, quàm ſeni cõuenit. Et alibi *dicitur*, Demonſtret vbi ſit Homeri Rhapſodiarum verſus *id eſt, in quo Homeri libro ſit hic verſus*. At ne Ionem quidem Rhapſodum, *hunc* inuenturum-eſſe puto.

Ἀντὶ τοῦ προῆλθες μακροτάτην ὁδόν, ἢ ὡς ἔπρεπε γέροντι. καὶ αὖθις. δειξάτω οὗ κεῖται ὁμήρου ῥαψῳδιῶν στίχος. ἀλλ᾽ οὐδ᾽ αὖ Ἴωνα δοκῶ τὸν ῥαψῳδὸν εὑρεῖν.

οὗ. Cuius cauſa, vel cuius gratia. Bifariam dicitur & illud, cuius cauſa *aliquid fit*, & illud, cui *fit. i. in cuius gratiam fit. Pro, Duobus modis dicitur & Cuius, & Cui.* Nam anima quidem (inquit) finis *eſt*, vt cuius. Animal verò, vt cui. Facit enim inſtrumentale corpus Natura, animæ cauſa, vt anima eo vtatur vt finis, vt cuius. Finis verò, vt cui, *eſt* animatum. Vt enim animalis actiones expertes-impedimentorum ſint, *nec vllo modo impediantur*, omnia facit Natura. Aut igitur ſic *accipienda ſunt iſta* Cuius, & Cui. vel aliter. Cuius quidem cauſa, mundi creationis, & æternitatis. Hoc enim omnia appetunt. Cui verò, animæ. Huic enim inſtrumentum ad vſum parat *Natura.* Quod etiam verius eſt.

Οὗ. ὅτι διττῶς τοῦ οὗ ἕνεκα λεγομένου, τοῦτο οὗ, καὶ τοῦ ᾧ. ἡ μὲν γὰρ ψυχή φησι τέλος ὡς οὗ. τὸ δὲ ζῶον, ὡς ᾧ. ποιεῖ γὰρ τὸ ὀργανικὸν σῶμα φύσις, τὸ μὲν ψυχῆς ἕνεκα, ἵνα χρῆται αὐτῷ ὡς τέλος ἡ ψυχή, ὡς οὗ. τέλος δὲ ὡς ᾧ, τὸ ἔμψυχον, ὥστε γὰρ ἀνεμποδίστους εἶναι τοῦ ζώου τὰς ἐνεργείας, πάντα ποιεῖ ἡ φύσις. ἢ τοίνυν οὕτω τὸ οὗ, καὶ τὸ ᾧ, ἢ ἄλλως. οὗ μὲν ἕνεκα, τῆς κοσμοποιΐας, καὶ τῆς ἀϊδιότητος. τούτου γὰρ πάντα ἐφίεται. ᾧ δὲ, τῇ ψυχῇ. ταύτῃ γὰρ παρασκευάζει εἰς χρῆσιν τὸ ὄργανον. ὅπερ καὶ μᾶλλον ἐστὶν ἀληθέστερον. E

Οὐαλεντινιανός. Valentinianus, Romanorum Imperator Chriſtianus, quamuis eiuſdem cum patre naturæ Chriſtum eſſe ſentiret, aduerſarios tamen nullo modo lædebat. Fuit autem & ad leges-ferendas promptiſſimus, curans etiã iuſtam theſaurorũ ſuſceptionem, *& in id maximè intentus, vt legitimis, iuſtiſque rationibus pecunia pararetur, & theſauri iuſtè coacervarentur accepta pecunia. Id eſt, maxima cura cauebat ne fiſcus per iniuriam augeretur, néve per incuriam*

Οὐαλεντινιανός. ῥωμαίων βασιλεὺς χριστιανός, καὶ τὰ τοῦ ὁμοουσίου φρονῶν, οὐδὲν τοὺς ἐναντίους ἠδίκει. ἐγένετο δὲ καὶ πρὸς τὸ νομοθετεῖν ἑτοιμότατος. φροντίζων καὶ τῆς τῶν θησαυρῶν δι- F

A καίας ὑποδοχῆς. πρὸς δὲ ταῖς τῶν ἀρχόντων αἱρέσεσιν ἀκριβής, καὶ τιμωρὸς τῶν ἀπειθούντων ἀπαραίτητος. ἐπὶ δὲ τοῖς πολέμοις ἄριστος. ὁ δὲ οὐάλης τῆς ἀρείου δόξης μεταποιούμενος, πολλοὺς ἐξορίαις ὑπέβαλε, καθ' ὃν χρόνον τῆς ἐν ῥώμῃ ἐκκλησίας λιβέριος προειστήκει, τῆς δὲ ἐν ἀλεξανδρείᾳ ἀθανάσιος, καὶ τῆς ἐν κωνσταντινουπόλει, εὐδόξιος, τῆς ἀρείου θρησκείας διδάσκαλος.

riam exhauriretur. In magiſtratuum verò creationibus *erat* accuratus, & contumacium vltor inexorabilis. In bellis verò, fortiſſimus. Valens verò Arij opinioni addictus, multos exilio ſubiecit *ſ. in exilium miſit*, quo tempore Romanæ Eccleſiæ Liberius præfuit, Alexandrinæ verò, Athanaſius, & Conſtantinopolitanæ, Eudoxius, Arianæ ſectæ magiſter.

Οὐαλεντινιανός. βασιλεὺς ῥωμαίων. οὗτος διὰ τῆς μητρὸς ἰουστίνης, παρετράπη τῆς ὀρθῆς πί-
B στεως, καὶ ἐξεβλήθη τῆς βασιλείας. καὶ ἐλθὼν πρὸς θεοδόσιον, ἐπαιδεύθη τὴν ὀρθὴν πίστιν. ἔλεγε γὰρ αὐτῷ ὁ θεοδόσιος, τὴν βασιλικὴν παράταξιν ἑστάναι, οὐ διὰ ὅπλων, ἀλλ' ἐξ ἀγαθῶν προφάσεων. καὶ οἶδα φησιν οὐαλεντινιανὲ παρὰ τῶν εὐσεβεστάτων βασιλέων ἡσυχάζοντος τοῦ στρατοπέδου, τὴν νίκην κατορθωθεῖσαν, καὶ τοὺς πολεμίους ὑποταγέντας, ὑποτελεῖς γεγενῆσθαι τοῦ προλαβόντος κινδύνου. οὕτω καὶ κωνσταντῖνος ὁ μέγας ἀνορθωθείς, λικίνιον τὸν τύραννον ἐν ναυαγίῳ διέ-
C φθειρεν. οὕτω καὶ οὐαλεντινιανὸς ὁ σὸς πατὴρ εὐτυχέστερον τῆς βασιλείας, καὶ ἀβλαβῆ παρὰ τῶν πολεμίων ἰθύνων ἐτέλεσε, τοῦ θεοῦ ἐκδικοῦντος αὐτόν. καὶ μάχας ἀναριθμήτους καὶ νίκας ἀπίστους ἐδέξατο, πολλοὺς βαρβάρους διαφόρους ἀνελών. οὐάλης δὲ ὁ θεῖος ὁ σὸς, τὸν θεὸν διασπαράττων, ἐμίανε τὴν ἐκκλησίαν ὁ βέβηλος, διὰ τῆς σφαγῆς τῶν ἁγίων, καὶ ἐξορίαις τῶν ἱερέων. ὃς τῇ τοῦ θεοῦ βουλήσει, ὑπὸ τῶν γότθων πολιορκηθείς, ἐκαύθη. ὀρθῶς τὸν χριστὸν σέβεται ὁ οὐκ ἀδίκως σε ἐκβαλών. ἡ σὴ ἀπιστία,
D μαξίμῳ εὐχέρειαν συνήνεγκεν. εἰ τὸν χριστὸν οὐ βλέπομεν, τίνα παρακαλέσομεν μαχόμενοι; ταῦτα καὶ πλείονα τούτων νουθετήσας θεοδόσιος οὐαλεντινιανὸν, εἰς τὴν ὀρθὴν πίστιν μετήγαγε.

Οὐαλεντινιανός. Valentinianus, Imperator Romanorum. Hic per matrem Iuſtinam à recta fide aduerſus-eſt, & imperio eiectus. Sed ad Theodoſium profectus, in recta fide fuit-inſtitutus. Theodoſius enim ei dicebat, Imperatoriam aciem ſtare non propter arma: ſed propter iuſtas *belli* cauſas. Et, Noui (inquit) Valentiniane, à religioſiſſimis, *& pietatis ſtudioſiſſimis* Imperatoribus, quieſcente exercitu, victoriam feliciter-partam & hoſtes ſubactos, tributarios eſſe-factos, periculo antegreſſo, *cum belli periculum eos praeoccupaſſet.* Sic & Conſtantinus ille Magnus erectus, Licinium tyrannum naufragio perdidit. Sic etiam Valentinianus pater tuus, feliciùs imperium, & ab hoſtibus illæſum perpetuò rexit, *gubernauit, L. διατίνων.* Deo ipſum vindicante, *defendente, vlciſque hoſtes vlciſcente*, & prælijs innumerabilibus victor fuit, & victorias incredibiles *ab hoſtibus* reportauit, multis, *&* diuerſis Barbaris ſublatis. Valens verò, patruus tuus, Deum dilacerans, polluit Eccleſiam cæde ſanctorum, & ſacerdotum relegatione. Qui diuina prouidentia à Gotthis oppug atus, conflagrauit. Rectè Chriſtum colit ille, qui non iniuſtè te eiecit. Incredulitas tua Maximo facultatem *tui premendi, ac oppugnandi* dedit. Si Chriſtum non aſpicimus, *intuemur, & inuocamus*, quem inuocabimus pugnaturi? Theodoſius, cùm Valentinianum his, & *longè* pluribus, quam ſunt hæc, admonuiſſet, *eum* ad rectam fidem trad xit, *ac reduxit.*

Οὐάλης. βασιλεὺς ῥωμαίων. ὃς κακοδοξῶν, καὶ συγκροτῶν τοὺς αἱρετικούς, εἰς τὴν ὁδὸν τῶν ἰδίων πατρῴων ἐπορεύετο. καὶ γὰρ ἐπισκόπους εἰς ἐξορίαν ἔπεμπε, καὶ πρεσβυτέρους, καὶ διακόνους καὶ μοναχούς, τατιανοῦ τότε ἄρχοντος ἀλεξανδρείας. καὶ πολλοὺς τῶν χριστιανῶν ἐβασάνισε, καί τινας πυρὶ παρέδωκε. ταῦτα δὲ πάντα
E μετὰ τὴν τελευτὴν τοῦ ἀθανασίου. οἱ οὖν ἐν κωνσταντινουπόλει ὀρθόδοξοι, ἐλεηθήσεσθαι νομίζοντες ὑπὸ οὐάλεντος, πρεσβείαν ἔπεμψαν πρὸς αὐτὸν ἐν νικομηδείᾳ τυγχάνοντα, πέμψαντες ἱερατικοὺς ἄνδρας ὀγδοήκοντα, ὧν ἡγοῦντο θεόδωρος, καὶ κούρβαγος, καὶ μενέδημος. οὓς ἅπαντας σὺν τῷ πλοίῳ ὑφαφθῆναι προσέταξε. καὶ πάντες σὺν τῇ νηὶ κατεφλέχθησαν, μέχρι δακιβίζων τοῦ πλοίου διαρκέσαντος, κἀκεῖσε διαλυ-
F θέντος. ἐπὶ τοῦ βδελυροῦ οὐάλεντος, λούκιός τις ἐπίσκοπος τῆς τῶν ἀρειανῶν αἱρέσεως, παραχρῆμα ὡς λύκος τῇ ἐκκλησίᾳ ἐπεπήδησεν. ὁ δὲ πέτρος εἰς τὴν ῥώμην ἀπέφυγεν. ὁ δὲ λούκιος τοσαῦτα ἐνεδείξατο, οἷα οὐδὲ ἐν τοῖς διωγμοῖς τῶν ἑλλήνων ἐγίνετο. τρεῖς γὰρ χιλιάδας ἀπέστειλεν ἀναιροῦντας, καὶ πορθοῦντας κατὰ τὴν ἔρημον τοὺς θεοσεβεῖς ἄνδρας.

Οὐάλης. Valens. Romanorum Imperator, qui peruerſis-opinionibus-imbutus, & hæreticos defendēs, via ſuorum patrum eſt-ingreſſus. *L. τῶν ἰδίων πατέρων.* Nam & Epiſcopos in exilium mittebat, *vel, relegabat*, & Presbyteros, & Diaconos, & Monachos, Tatiano tunc Alexandriæ præſidente. Multos Chriſtianos excruciauit, & quoſdam igni tradidit, *& cremauit.* Hæc autem omnia poſt Athanaſij obitum *fecit.* Illi igitur, qui in vrbe Conſtantinopolitana *erāt*, orthodoxi, ſperantes fore, vt Valens ſui miſereretur, *vel, vt miſericordiam, & clementiam à Valente impetrarent*, Legationem ad ipſum Nicomediæ degentē miſerunt, miſſis ex ordine ſacro viris 80. quorum duces-erant Theodorus, & Curbagus, & Menedemus, quos vniuerſos vna cum ipſa naue ſuccendi iuſſit. Quamobrem omnes cum ipſa naue combuſti-ſunt, & nauis vſque ad Dacibiza perdurauit, & ibi diſſoluta-eſt. Huius execrandi Valentis tempore, Lucius quidam Epiſcopus Eccleſiam impetum-fecit Petrus verò Romam aufugit. Lucius verò talia facinora patrauit *in Chriſtianos*, qualia ne in Græcorum quidem *ſ. gentilium*, perſecutionibus patrata-fuerunt. Nam tria hominum millia emiſit, qui viros pios in deſerto trucidarent, diriperent, *& de medio tollerent.*

οὐ ἀρᾶς. Cuius imprecationis. *Hoc videtur ad aliquem eſſe referendum, cuius imprecationem aliquis audiuit.*

Οὐ ἀρᾶς. οὗ τινος κατάρας. A

οὔαρος Varus, Laodicenſis Sophiſta, Polemonis, & aliorum æqualis.

Οὔαρος. λαοδικεὺς σοφιςὴς σύγχρονος πολέμωνος ϗ ἄλλων.

οὐάρωνος. Varonis. Nomen proprium. *à recto* οὐάρων. *Varo.*

Οὐάρωνος. ὄνομα κύριον.

Οὐ γάρ. Pro, ἀλλὰ καὶ γάρ. Non enim. Pro, ſed enim. Etenim. Ariſtoph. in Nubibus. *pag. 72. v. 5. Schol. annot. 4.* Atticè vt Callimachus *dixit in quodam iambico ſenario,* ἀκούσαθ' ἱππώνακτος. οὐ γὰρ ἀλλ' ἥκω. Audite Hipponactem. non enim ſed venio. pro, καὶ γὰρ ἥκω i. Etenim venio. οὐ γὰρ ἀλλά. *Dictum* Atticè, pro, ϗ γάρ. Nec enim ſed, pro, ſed enim, vel, Etenim. Vt, ὁ δ' εἶπεν. *Apud Ariſtophan Ranis pag. 132. v. 12. Schol. annot. 9. unde Suid. Dionyſus Herculi dicit hæc,* ὁ γὰρ, *&c.* οὐ γὰρ ἀλλ' ἔχω κακῶς. ἀντὶ τοῦ, ἔχω γὰρ κακῶς. i. Ille verò dixit, Non enim ſed habeo malè, pro, Etenim habeo malè. Hoc verò ἀλλά. i. ſed, redundat Et in Ranis. *pag. 150. v. 18.* οὐ γὰρ ἀλλὰ πιςέον. pro, καὶ γὰρ πιςέον. Non enim ſed parendum pro, Etenim eſt parendum. Nullo-modo (inquit) debes dicere: ſed etiam dare mihi, vt tibi credam, te reuera polliceri fore, vt ea mihi des. *pro, te reuera mihi daturum eſſe ea, quæ mihi pollicerìs.* Et in Theſmophor. *pag. 494 v. 6. & 7.*

Οὐ γὰρ. ἀριςοφάνης ἐν νεφέλαις. ἀντὶ τοῦ ἀλλὰ καὶ γάρ. ἀττικῶς ὡς καλλίμαχος. ἀκούσαθ' ἱππώνακτος. οὐ γὰρ ἀντὶ τοῦ, καὶ γὰρ ἥκω. οὐ γὰρ ἀλλὰ, ἀντὶ τοῦ, καὶ γὰρ, ἀττικῶς. ὁ δ' εἶπεν· οὐ γὰρ ἀλλ' ἔχω κακῶς, ἀντὶ τοῦ, ἔχω γὰρ κακῶς. τὸ δὲ ἀλλὰ παρέλκει. καὶ ἐν βατράχοις. οὐ γὰρ ἀλλὰ πιςέον. ἀντὶ τοῦ καὶ γὰρ πιςέον. οὐδαμῶς φησὶν ὀφείλεις λέγειν, ἀλλὰ καὶ διδόναι, ἵνα σοι πιςεύσω, ὅτι ἀληθῶς ἐπαγγέλλῃ μοι αὐτὰ διδόναι. καὶ ἐν θεσμοφοριαζούσαις. B

Non enim ſed, pro, etenim *ſupra modum*

Quomodo alba-multitudine-referta ſit, *licet videre, concio.*

Οὐ γὰρ, ἀλλ' ὑπερφυῶς

Ὡς λευκοπληθὴς ἦν ἰδεῖν ἡ 'κκλησία. C

Vide & fra οὐδὲν λευκὸν ἀνδρὸς ἐραςοῦ.

οὐ γὰρ ἄκανθαι. Non enim ſpinæ. Dicimus de rebus vtilibus, ob commutationem vitæ *factam ex agreſti, duróque in mitius vitæ genus. Er. ad. Chil. 2. Cent. 9. col. 592 ad 81.*

Οὐ γὰρ ἄκανθαι. λέγομεν ἐπὶ τῶν ὠφελίμων. ἀπὸ τοῦ βίου εἰς τὸ ἡμερώτερον μεταβολῆς.

Οὐ γάρ μοι οὔςιν ἀλλ' ἀκουςέα. Integra oratio eſt, οὐ γὰρ ἀλλά μοι ἐςὶν ἀκουςέα. Sed enim mihi eſt audiendum. Pro, Omnino enim eſt audiendum. Ariſtoph. Ranis. Et in Equitibus. ἀλλ' ὦ. οὐ γὰρ ἀλλὰ τῷ παραδόντος ἡ χάρις. Pro, καὶ γὰρ τοῦ παρ. &c. Abi. Non enim ſed, *pro,* etenim illius, qui *nobis hæc* appoſuit, hoc beneficium *eſt.*

Οὐ γάρ μ' οὔςιν. ἀλλ' ἀκουςέα. τὸ τέλειον οὐ γὰρ. ἀλλά μοι ἐςὶν ἀκουςέα. ἀντὶ τοῦ πάνυ γὰρ. ἀριςοφάνης βατράχοις, καὶ ἐν ἱππεῦσιν. ἄπιθ' οὐ γὰρ, ἀλλὰ τῷ παραθέντος χάρις. ἀντὶ τοῦ καὶ γὰρ τοῦ παραθέντος ἡ χάρις. D

οὐ γὰρ πείσεις. *Ariſtoph. Pluto. pag. 32. v. 7. Schol. annot. 4.* Non enim perſuadebis, neque ſi perſuaſeris. Per hyperbolen loquitur. *i. per ſuperlationem, vt Cic. vel per exſuperationem,* Quamuis *hoc nobis* perſuaſeris, nos *tamen tibi* non habebis obtemperantes.

Οὐ γὰρ πείσεις, οὐδ' ἢν πείσῃς. καθ' ὑπερβολὴν λέγει. κἂν πείσῃς, οὐχ ἕξεις ἡμᾶς πειθομένους.

οὐγκία. *Latinum vocabulum.* Vncia. Menſuræ genus. Vel pondus. *Duodecima libræ, vel aſſis pars.*

Οὐγκία. εἶδος μέτρου, ἢ ςαθμός.

οὐδαμῇ. Nunquam. Nequaquam. Nullo-modo. Vt, Et tamen Epicurus impietatis *ſuæ* præmium reportauit nullo prorſus modo reprehendendum.

Οὐδαμῇ. καὶ μήν τοι τῆς ἀθεΐας ἐπίκουρος ἠνέγκατο μισθὸν, οὐδαμῇ οὐδαμῆ μεμπτόν.

Οὐδαμοῖ. Pro, οὐδαμόθι. Nuſquam. Nullo-in-loco. *Nullo-modo.* Teleclides Heſiodo. Aelianus. Ille verò, interficit ipſos, & ſpoliat, quotquot adduxerunt. Erat autem ornatus, & apparatus in vtriuſque arte nullo-modo contemnendus. Et rurſus. Et teſtimonia producunt nullo-modo obſcura.

Οὐδαμοῖ. ἀντὶ τοῦ οὐδαμόθι. τηλεκλείδης ἡσιόδῳ. αἰλιανός. ὁ δὲ, ἀποκτείνει αὐτοὺς, καὶ ἐκσυλεῖ ὅσους ἐπηγάγοντο. ἦν δὲ κόσμος, καὶ σκευὴ περὶ τὴν τέχνην τὴν ἑκατέρου, οὐδαμοῖ εὐκαταφρόνητα. καὶ αὖθις. καὶ μαρτύρια ἐπάγοντα οὐδαμοῖ ἄσημα. E

οὐδ' αἵματι κλαίω. Neque ſanguine fleo. Quære in Αἵματι κλαίειν. *Er. ad. Chil. 2. Cent. 4. col. 471. ad. 65. Sanguine flere.*

Οὐδ' αἵματι κλαίω. ζήτει ἐν τῷ αἵματι κλαίειν.

οὐδαμινός. Nullius-precij. Vilis. Contemptus.

οὐδαμῶς. Nullo-modo.

οὐδ' ἀπὸ γῆς ἄνησεν. Ne terra quidem iuuit. De *re minima Er. ad. Chil. 3. Cent. 3. col 686. ad. 49.*

Οὐδαμινός. οὐτιδανός. εὐτελής.

Οὐδαμῶς. κατ' οὐδένα τρόπον. F

Οὐδ' ἀπὸ γῆς ὤνησεν. ἐπὶ τῆς ἐλαχίςου.

οὐδὲ γρύ. Ne gry quidem. *i. ne minimum quidem eloquentia tacta, vel, deguſtata, ne minimum quidem eruditus,* quantum ex tuis literis coniicere licet. Iulianus.

Οὐδὲ γρὺ λόγων ἀμφίδυμος, ὅσα γε εἰκὸς ἐςὶ τῇ ἐπιςολαῖς σου τεκμήρασθαι. ἰουλιανός.

A Οὐδ᾽ ἡρακλῆς πρὸς δύο. τοὺς μολιονίδας ἔφυγε. δίων δὲ ἐν δευτέρῳ τ̃ δευτέρας συντάξεως ἡρακλέα τὸν ἰδαῖον δάκτυλον καταδείξαντα ὀλύμπια, πρὸς δύο διαπυκτεύσαντα ἡττηθῆναι.

Οὐδὲν ἀνῆκε. περιττὸν τὸ ἐν, ἀντὶ τῦ οὐκ ἀνῆκεν. οὐδὲν ἀνῆκεν, εὔνους τι τῇ πατρίδι τῇ ἑαυτῦ.

Οὐδὲν ἀνίει. αὐτός τι οὐδὲν ἀνίει, παράδειγμα ἑαυτὸν ἐπιδεικνὺς τῆς τε ἄλλης ἀσκήσεως, καὶ B παντὸς ἔργου στρατιωτικοῦ. καὶ αὖθις.

Οὐδέν τι πλέον ἀνίει ὁ νεανίας. ταῖς τε προσβολαῖς ἀνακόπτων, καὶ πᾶσαν βουλὴν ἀμυντηρίων διανοούμενος.

Οὐδὲν ἀπὸ τρόπου, ἀντὶ τοῦ οὐκ ἀπεικὸς ἀττικοί. οὐδὲν γὰρ οἷον ἀκούειν αὐτῦ τοῦ νόμου. οὐ γὰρ τοιοῦτον ἐγὼ δύναμαι εἰπεῖν, οἷον ὁ νόμος. οὐδὲν γὰρ οἷον ὀφείλει λυσιστράτη. ἀντὶ τοῦ κωλύον.

οὐδ᾽ ἡρακλῆς. Ne Hercules quidem aduerſus duos. Molionidas fugit. Dion verò ſecundo ſecundi operis *libro dicit*, Herculem Idæum Dactylum, qui demonſtrarat Olympia. *Olympicorum autorem*, cum duobus *pugilibus* pugilatu certantem, victum fuiſſe. *E. ad Chil.1.Cent.5.col.169.ad.39.*

οὐδὲν ἀνῆκεν. *In hoc* οὐδὲν ſuperfluum *eſt* illud ἐν. *Et* οὐδὲν *hic poſitum eſt* pro οὐκ, *vt ſi*, οὐκ ἀνῆκεν. Vt, οὐδὲν ἀνῆκεν, &c.i. De ſua beneuolentia erga ſuam patriam nihil remiſit.

οὐδὲν ἀνίει. Nihil remiſit. Nihil prætermiſit. Vt, αὐτός τι οὐδὲν, &c. Et ipſe nihil prætermiſit, ſe-ipſum *ſtatuens, & oſtendens* exemplum cùm reliquæ exercitationis, tum omnis militaris operis. Et rurſus.

οὐδέν τι. &c. Nihil amplius prætermiſit ille iuuenis, *vel, adoleſcens*, & oppugnationes retundens, & omne conſilium propulſationum. *i. omnem hoſtis propulſandi rationem cogitans, &* excogitans.

οὐδὲν ἀπὸ τρόπου. Nihil procul ab ingenio. Pro, Nihil *ab alienius moribus* alienum. Nihil à moribus remotum. *Ita dicunt* Attici. *Et in quodam verſu*, Nihil enim *eſt ſale*, quale audire ipſam legem. *Pro*, Nihil enim tale ego dicere poſſum, quale *eſt* ipſa Lex. *Et Ariſtoph. in Lyſiſtrata. pag.544.v.13.* οὐδὲν γὰρ οἷον, ὦ

C φίλη λυσιστράτη. Nihil enim *tale eſt*, quale *membrum virile, quo carere non poſſumus* ô chara Lyſiſtrata. *Vide locum integrum, noſtráſque notas. Vel* οἷον *poſitum pro* κωλύον. *Impediens*. Pro, Nihil eſt, quod *nos penis vſu* prohibeat.

Οὐδ᾽ ἐν δέρματι. ἀντὶ τοῦ γυμνός, ὑπερβολικῶς.

οὐδ᾽ ἐν δέρματι. Ne in pelle quidem. *i. Ne pelle quidem tectus. Hoc autem dictum eſt* hyperbolicè, pro, Nudus. *Er. ad. Chil.2.Cent.9.col.594.ad.93.*

Οὐδὲν δ᾽ οἷον ἐστ᾽ ἀκοῦσαι τῶν ἐπῶν. τουτέστιν, οὐδὲν κωλύον. ἐπεὶ καὶ νῦν ἀκοῦσαι τῶν χρησμῶν. οὕτως ἔλεγον τὸ λυσιτελοῦν. οὐδὲν οἷον, οὐδὲν κωλύον.

οὐδὲν δ᾽ οἷον. *Ariſto. Auibus. pag.436.v.21. Schol. annot.10. vnde Suidas* ἀλλ᾽ οὐδὲν οἷον. &c. At nihil eſt impediēs *nos* audire ipſa carmina Id eſt Nihil eſt, quod nos impediat, quominus vel nūc oracula audiamus. Sic enim dicebant τὸ λυσιτελοῦν. i. Id, quod expedit, &

D conducit. οὐδὲν οἷον, pro οὐδὲν κωλύον. Nihil impediens. Quod non impedit, *quominus aliquid fiat*.

Οὐδὲν ἔλαττον. ὁ δέ, ἐκήλει τοὺς ἀκούοντας, οὐδὲν ἔλαττον, εἰ μὴ καὶ πλέον, ἢ ὀδυσσεὺς ὁμήρου τοὺς φαίακας. ὁ μὲν γὰρ ἀλκίνοος, ἀπολογίας μεστός, ἐν μὲν ὑπονοίαις ἀληθευούσης, ἐν δὲ τῷ φανερῷ διαβεβλημένης εἰς τὸ ψευδέστερον.

οὐδὲν ἔλαττον. Nihil minus. Non minus. Vt, Ille verò *ſuos* auditores demulcebat non minùs, niſi fortè magis etiam, quàm Vlyſſes apud Homerum Phæaces. Nam Alcinous quidem plenus *eſt* defenſionis, quę in cogitationibus quidem, *ſi propiùs eam intuearis, animóque perpendas*, eſt vera, apertè verò, *ſi eminus eam aſpicias*, malè audit vt mendaciis nimium referta.

Οὐδὲν ἐξ ἀγροῦ λέγεις. ἀντὶ τοῦ οὐδὲν εὐτελές, ἢ κοινόν. οὐδὲν ἐστ᾽ ἄμεινον, οὐδ᾽ ἥδιον, ἢ φῦσαι πτερά.

οὐδὲν ἐξ ἀγροῦ. Nihil ex agro dicis. Pro, Nihil vile, vel vulgare. *Nihil humile, nihil triuiale, nihil ruſticum, nihil ineptum. Er. ad. Chil.3. Cent.6.col.740.ad.33.* οὐδὲν ἐστ᾽ ἄμεινον, οὐδ᾽ ἥδιον, ἢ φῦσαι πτερά. *Sic enim eſt le-*

E *gendum, vt apud Ariſtoph. in Auibus. pag.399.v.5. vide* ὀρνιθομανοῦσι *in eadē fab. pag.416.v.21. &* ὀρνιθομανίαν *v.27. vnde patet cur hæc à poeta iam dicantur.* Nihil eſt melius, neque iucundius, quàm procreare pennas. *i. quàm auem eſſe volucrem.*

Οὐδένες οἱ εὐδαίμονες τῶν ἀνθρώπων. καὶ οὐδένεια, ἡ ἀπανία.

οὐδένες Nulli. Viles. Nullius precij homines. Et οὐδένεια. Nullitas, vt ita loqui liceat. Vilitas. ἀπαιδρωπία, *vel* ἀπανθρωπία. *Sic enim legendum. Error ex abbreuiatione natus. Vide infra* οὐδένεια. In humanitas.

Οὐδὲν ἐστι θηρίον γυναικὸς ἀμαχώτερον. Οὐδὲ πῦρ. οὐδ᾽ ὧδ᾽ ἀναιδὴς οὐδεμία πάρδαλις.

οὐδὲν ἐστι. *Ariſtoph. in Lyſiſtrata. pag.564. v.11. & 12.* Nulla eſt fera muliere *ferocior*, & inexpugnabilior, Nec ignis, nec adeò impudens *eſt* vlla pardalis.

F Οὐδὲν ἦλθε ῥαφανίδων σκύτινον καθειμένον. περιττὸν τὸ ἐν. ἦλθε γὰρ εἰπεῖν οὐκ ἦλθε συνήθως.

οὐδὲν ἦλθε. Non venit cōſuto coriaceo demiſſo, *longóque veſtimento. In voce* οὐδὲν *ſyllaba* ἐν *redundat*. Voluit enim, vt fert conſuetudo, dicere οὐκ ἦλθε, non venit.

Οὐδὲν ἦν παρὰ τἄλλα πλὴν ὁ χρυσός. οὐδ᾽ ἡρακλῆς πρὸς δύο. φασὶν ἡρακλέα θέντα τὸν ὀλυμπιακὸν ἀγῶνα, πιστεύσαντά τι τῇ ἑαυ-

οὐδὲν ἦν παρὰ τἄλλα. &c. Nihil erat præter alia, præter aurum. οὐδ᾽ ἡρακλῆς. Ne Hercules quidem aduerſus duos. Aiunt Herculem propoſito, *vel conſtituto* certamine Olympico, ſuis viribus fretum,

prioτe quinquennio cum duobus *pugilibus* pugilatu-certaſſe, Teato, & Euryto, Neptuni, & Moliones filiis, eóſque occidiſſe. Poſteriore verò *quinquennio* rurſus eodem-modo cum duobus aliis pugilatu-congreſſum, *ab illis* victum-fuiſſe.

οὐδὲν ἧττον. Non minus. Pro, par, æquale, ſimile. Vt, Philoſophi non eſt diuinationem profiteri, & proferre, nec aliam ſacram ſcientiam. Diſtincti enim ſunt Philoſophorum, & ſacerdotum fines, non minùs quàm Myſorum, & Phrygum *fines. Eraſ. ad. Chil. 2. Cent. 4. col. 467. ad. 50. Myſorum, ac Phrygum termini diſcreti ſunt.* Et rurſus *Ariſtoph. in Veſpu. pag. 364. v. 12.* Saltare noctu non deſinit. *In hoc* οὐδὲν, *ſyllaba* δὲν redundat. *pro aduerbio negante* οὐ. Et, Non deſinebat ſemper in libris verſari. *Hic etiam* οὐδὲν *poſitum, pro* οὐκ, *& ſyllaba* δὲν redundat.

οὐδηναιός. *Heſych.* οὐ δηναιός. οὐ χρόνιος. *AE. P.* οὐ δηναιός. οὐ πολυχρόνιος. ὡς καὶ δηναιός, ὁ πολυχρόνιος λέγεται. Non diuturnus. Vt & δηναιὸς dicitur diuturnus.

οὐδένεια. Inhumanitas. *Vel, Interitus, quo quis in nihilum redactus, ex hominum conſpectu tollitur. Vel, Interitus, quo quis ab hominum conſortio ſic eſt remotus, vt in nihilum redactus videatur. q. d. Nullitas. Nihilum. Nihil.*

οὐδὲν ἱερόν Nihil ſacri. Hercules *hoc* dixit, Adonidis ſimulacrum conſpicatus. *Quod ea mente dixit,* quòd illi ſolùm qui homines beneficiis-affecerunt, ſint honorandi. Vel, quòd ſerui, qui ad illud *ſimulacrum* confugiſſent, impunitatem non haberent, *nec in tuto eſſent, ita vt metu carerent. Er. ad. Chil. 1. Cent. 8. col. 268. ad. 37.*

οὐδενὶ σὺν νῷ. Nulla cum mente. Hoc eſt ſtultè. Vt, Qui etiam ſtultè copias illas duxiſſe videtur.

οὐδενί τῳ ἄλλῳ. Nulli alij. τῳ *enclitice poſitum, pro communis* τινί.

οὐδὲν λευκῶν. Nulla candidorum virorum vtilitas eſt, quàm ad coria incidendum. *vel, quàm, vt coria incidant. Er. ad. Chil. 3. Cent. 6. col. 739. ad. 29.* In eos *dicitur,* qui ad nihil ſunt vtiles, quia nigri ſunt candidis vtiliores, *& ad res gerendum aptiores, ac efficaciores.*

τῇ δυνάμει τῇ προτεραίᾳ πενταετηρίδι πυκτεῦσαι πρὸς δύο, Κτέατον, καὶ Εὔρυτον τοὺς Ποσειδῶνος, καὶ Μολιόνης παῖδας. καὶ ἀνελεῖν αὐτούς. τῇ δευτέρᾳ δὲ πάλιν ὁμοίως πρός τινας δύο πυκτεύσαντα, ἡττηθῆναι. A

Οὐδὲν ἧττον. ἀντὶ τοῦ ἴσον. ὅμοιον. φιλοσοφοῦντος οὐκ ἔστι μαντικὴν ἐπαγγέλλεσθαι, καὶ προφέρειν, οὐδὲ τὴν ἄλλην ἱερατικὴν ἐπιστήμην. χωρὶς γὰρ τὰ τῶν φιλοσόφων, καὶ τὰ τῶν ἱερέων ὁρίσματα, οὐδὲν ἧττον ἢ τὰ λεγόμενα Μυσῶν, καὶ Φρυγῶν. καὶ αὖθις. ὀρχούμενος τῆς νυκτὸς οὐδὲν παύεται. παρέλκει τὸ δέν. καὶ οὐδὲν ἐπαύετο ἀεὶ τοῖς βιβλίοις ἐνδιατριβόμενος. παρέλκει τὸ δέν. B

Οὐδηναιός. πολυχρόνιος. ὃς καὶ δηναιὸς λέγεται.

Οὐδένεια. ἡ ἀπανθρωπία.

Οὐδὲν ἱερόν. ἡρακλῆς εἶπεν ἀδώνιδος ἰδὼν ξόανον. ὡς τῶν εὐεργετησάντων τοὺς ἀνθρώπους μόνον ὀφειλόντων τιμᾶσθαι. ἢ ὅτι οἱ καταφυγόντες εἰς αὐτὸ δοῦλοι ἄδειαν οὐκ εἶχον. C

Οὐδενὶ σὺν νῷ. τουτέστιν ἀφρόνως. ὥστε καὶ τὴν στρατηγίαν οὐδενὶ σὺν νῷ ποιησάμενος φαίνεται.

Οὐδενί τῳ ἄλλῳ. οὐδενί τινι.

Οὐδὲν λευκῶν ἀνδρῶν ὄφελος, ἢ σκυτοτομεῖν. ἐπὶ τῶν εἰς μηδὲν λυσιτελούντων. παρ᾽ ὅσον οἱ μέλανες τῶν λευκῶν λυσιτελέστεροι. D

N O T AE.

Οὐδὲν λευκῶν ἀνδρῶν ὄφελος ἢ σκυτοτομεῖν.] Ariſtoph. in Eccleſiaz. pag. 494.

Βλ. Τὸ δ᾽ αἴτιον τί; Χρ. πλεῖστος ἀνθρώπων ὄχλος,
Ὅσος οὐδεπώποτ᾽ ἦλθεν ἀθρόος ἐς τὴν πύκνα.
Καὶ δῆτα πάντες σκυτοτόμοις εἰκάζομεν
Ὁρῶντες αὐτούς. οὐ γὰρ ἀλλ᾽ ὑπερφυῶς
Ὡς λευκοπληθὴς ἦν ἰδεῖν ἡ ἐκκλησία. — Suid. melius, πάντα σκυτοτόμοις εἰκάζομεν. E

Ergo totam concionem candidorum, i. inutilium, hominum multitudine refertam fuiſſe dicit.

οὐδὲν μᾶλλον. Nihil magis. Non magis. Sceptici, hoc eſt, Pyrrhonij, cùm omnia ſectarum, *& diſciplinarum* decreta euertant, nihil ipſi pronunciant dogmaticè. *i. nihil affirmant:* ſed proferunt ſententias *aliorum,* ad declarationem, *vt ita loqui liceat, ſuæ* improuidentiæ. *i. vt declarent ingenij ſui imbecillitatem, ob quam futura prauidere nequeant.* Quaſi vel ſolo nutu fieri poſſet, vt hoc *quod illi ſignificare volunt,* per vocem nihil *certi* definientem, declaretur. *Sic autem* ſententiæ in-neutram-partem-inclinantis affectus indicatur. Similiter autem & per illas particulas οὐδὲν μᾶλλον. i. Nihil magis. Et per illam ſententiam, Omni orationi oratio, *vel, Omni rationi ratio* opponitur. Et per ſimiles *ſententias, nihil certi definiunt.* Dicitur autem illud οὐδὲν μᾶλλον. i. nihil magis, poſitiuè, quaſi quædam *dicendi genera inter ſe* ſimilia ſint, veluti, Nihil magis pirata malus *eſt,* quàm mendax.

Οὐδὲν μᾶλλον ὅτι οἱ σκεπτικοί, τουτέστιν οἱ πυῤῥώνειοι, τὰ τῶν αἱρέσεων δόγματα πάντα ἀνατρέποντες, αὐτοὶ οὐδὲν ἀποφαίνονται δογματικῶς. προφέρονται δὲ ἀποφάσεις εἰς μήνυσιν τῆς ἀπροπτωσίας. ὡς εἰ καὶ νεύσαντας τοῦτο ἐνεδέχετο δηλῶσαι. διὰ τῆς οὐδὲν ὁρίζομένης φωνῆς. τὸ τῆς ἀῤῥεψίας πάθος δηλοῦται ὁμοίως δὲ καὶ διὰ τοῦ οὐδὲν μᾶλλον. καὶ τῆς παντὶ λόγῳ λόγος ἀντίκειται. καὶ ταῖς ὁμοίαις. λέγεται δὲ τὸ οὐδὲν μᾶλλον θετικῶς. ὡς ὁμοίων τινῶν ὄντων, οἷον οὐδὲν μᾶλλον ὁ πειρατὴς κακός, ἢ ὁ ψεύστης. ὑπὸ δὲ τῶν σκεπτικῶν, οὐ θετικῶς, ἀλλ᾽ ἀναιρετικῶς λέ- F

A ſcepticis

A γεται. ὡς ὑπὸ τῦ ἀνασκολάζοντος, καὶ λέγοντες. οὐ μᾶλλον ἡ σκύλλα γέγονεν καὶ χίμαιρα. αὐτὸ δὲ τὸ μᾶλλον, ποτὲ μὲν συγκριτικῶς ἐκφέρεται. ὡς ὅταν φῶμεν μᾶλλον τὸ μέλι γλυκὺ, ἢ τὴν σαφίδα. ποτὲ δὲ θετικῶς, καὶ ἀναιρετικῶς. ὡς ὅταν λέγωμεν, μᾶλλον ἡ ἀρετὴ ὠφελεῖ, ἢ βλάπτει. σημαίνομεν γὰρ ὅτι ἡ ἀρετὴ ὠφελεῖ. βλάπτει δ᾽ οὔ. ἀναιροῦσι δὲ καὶ οἱ σκεπτικοὶ καὶ αὐτὴν τὴν οὐδὲν μᾶλλον φωνήν. ὡς οὐ μᾶλλον ἔστι πρόνοια, ἢ οὐκ ἔστι. οὕτω καὶ τὸ οὐδὲν μᾶλλον ἔστιν, ἢ οὐκ ἔστι. σημαίνει μὲν φωνὴ τὸ μηδὲν ὁρίζειν. ἀλλὰ ἀπροσθετεῖν. ἡ δὲ B παντὶ λόγῳ φωνὴ καὶ αὐτὴ συνάγει τὴν ἐποχήν. τῶν μὲν γὰρ πραγμάτων διαφωνούντων, τῶν δὲ λόγων ἰσοσθενούντων, ἀγνωσία τῆς ἀληθείας ἐπακολουθεῖ. εἰσὶ δὲ δέκα τρόποι, καθ᾽ οὓς τὰ ὑποκείμενα παραλλάττοντα ἀπεφαίνετο.

A ſcepticis verò, non poſitiuè: ſed negatiuè dicitur, vt à refutante, & dicente, Nihil magis, *non magis* Scylla fuit, quàm Chimæra. Ipſum verò Magis, interdum quidem comparatiuè effertur, vt quum dicimus, Mel *eſſe* magis dulce, quàm vuam. Interdum verò, poſitiuè, & negatiuè, vt quum dicimus, Virtus magis prodeſt, quàm obeſt. Significamus enim virtutem prodeſſe non autem obeſſe. Verum & ipſam vocem Nihil magis, *non magis*, tollunt Vt, Non magis eſt prouidentia, quàm non eſt, ſic etiam Ipſum non magis, *non magis* eſt, quàm non eſt. Hæc igitur vox ſignificat, *eum, qui ſic loquitur, certi* nihil definire: ſed ambiguum hærere, quòd neſciat vtri parti ſe adiungere debeat. Illa verò vox, Omni rationi, & ipſa retentionem aſſenſionis cogit, *adducit affert*. Quũ enim res diſſentiunt, & ipſa verba parem vim habent, veritatis ignoratio ſequitur. Sunt autem decem modi, ſecundùm quos, *vel quibus* ea, quæ ſupra poſita ſunt, differre pronunciabantur.

NOTAE.

Οἱ σκεπτικοί.] Cur Pyrrhonis diſcipuli, & ſectatores, dicti fuerint σκεπτικοί, cur ἀπορητικοί, cur ἐφεκτικοί, cur ζητητικοί, pluribus apud Diogenem Laertium docetur in Pyrrhonis vita, vnde Suidæ verba ſunt deſumpta. pag. 368. 369. 370. & deinceps. L. τῆς ἀφασίας. Vide Diogenem. Eſt enim in multis aliquod lectionis diſcrimen. Legendum autem, vt apud Laertium, οὐ μᾶλλον ἡ Σκύλλα γέγονεν, ἢ ἡ χίμαιρα. Et, οὕτω καὶ τὸ οὐδὲν μᾶλλον, οὐ μᾶλλον ἔστιν, ἢ οὐκ ἔστι. Et, ἀπροσθετεῖν. i. Ita hærere, & dubitare, vt neſcias vtri parti te adiungere debeas, vtrum aliquid C affirmanti, an verò neganti.

Οὐδὲν μᾶλλον αὐτῷ. τὸ δὲ τῶν ῥωμαίων ἄθροισμα ἀπόμαχον ἦν, οὐδὲν μᾶλλον αὐτῷ περὶ ἀλλοτρίου πράγματος, τῶν γινομένων τὴν φροντίδα τιθέμενον.

Οὐδὲν μᾶλλον αὐτῷ. L. μᾶλλον. Romanorum verò multitudo pugnarum expers erat, neque rem alienam curabat, eorum, quæ fiebant, curam gerens, *& in res, quæ gerebantur, intenta.*

Οὐδὲν πρὸς ἔπος. ἀντὶ τοῦ ὡς ἔτυχεν. ἐκ τοῦ D μηδενός.

Οὐδὲν πρὸς ἔπος Nihil ad verſum. Pro, fortuitò, temere. Nulla de cauſa. *Vt in his duobus iambicis ſenariis,*

Οὐδὲν πρὸς ἔπος οὕτως ἀνοήτως ἐκβαλῶ,

Πρὶν ἐκπύθωμαι πᾶν τὸ πρᾶγμ᾽ ὅπως ἔχει.

Nihil ad verſum adeò ſtultè efferam,

Prius quàm cognouero totam rem, quomodo ſe habeat. Ariſtoph. in Eccleſiaz pag. 502. v. 6. & 7. Er. ad. Chil. 1. Cent 5. col. 171. & 172. ad. 45. Pro, Temere fortuitò, nulla de cauſa.

Ἀντὶ τοῦ ὡς ἔτυχεν, ἐκ τοῦ μηδενός.

Οὐδὲν πρὸς τὸν Διόνυσον. ἐπιγένους τοῦ σικυωνίου τραγῳδίαν εἰς τὸν διόνυσον ποιήσαντος, ἐπεφώνησάν τινες τοῦτο. ὅθεν ἡ παροιμία. E βέλτιον δὲ οὕτω. τοπρόσθεν εἰς τὸν διόνυσον γράφοντες, τούτοις ἠγωνίζοντο, ἅπερ καὶ σατυρικὰ ἐλέγετο. ὕστερον δὲ μεταβάντες εἰς τὸ τραγῳδίας γράφειν, κατὰ μικρὸν εἰς μύθους, καὶ ἱστορίας ἐτράπησαν, μηκέτι τοῦ διονύσου μνημονεύοντες. ὅθεν τοῦτο καὶ ἐπεφώνησαν. καὶ χαμαιλέων ἐν τῷ περὶ θέσπιδος, τὰ παραπλήσια ἱστορεῖ. θεαίτητος δὲ ἐν τῷ περὶ παροιμιῶν, παρράσιον φησὶν τὸν ζωγράφον ἀγωνιζόμενον παρὰ κορινθίοις, ποιήσαι διόνυσον κάλλιστον. τοὺς δὲ, ὁρῶντας τάτε τῶν ἀν- F ταγωνιστῶν ἔργα, ἃ κατὰ πολὺ ἐλείπετο, καὶ τὸν τοῦ παρασίου διόνυσον, ἐπιφωνεῖν, τί πρὸς τὸν διόνυσον; ἐπὶ τῶν μὴ τὰ προσήκοντα τοῖς ὑποκειμένοις φλυαρούντων. καὶ αὖθις. τὸν κόρειβον, ὀδυσσέα φήσας εἶναι τὸν πολύτροπον. καί τοι μὴ πρὸς τοῦτο παράδειγμα φέρων, τῇ φάτνῃ προσάγεις τὴν κύνα, καὶ πρὸς τὸν διόνυσον ἄγεις οὐδέν.

Οὐδὲν πρὸς Διόνυσον. Nihil ad Bacchum. Cùm Epigenes Sicyonius tragœdiam in Bacchum feciſſet, hoc quidam acclamarunt. Vnde prouerbium *eſt ortum* Melius verò ſic. Olim carminibus in Bacchum ſcriptis certabant, quæ & Satyrica dicebantur. Poſtea verò ad tragœdias ſcribendas aggreſſi, paulatim ad fabulas, & hiſtorias ſe conuerterunt, nullam Bacchi mentionem ampliùs facientes. Vnde & hoc *quidam* acclamarunt. Et Chamæleon in *libro* de Theſpide conſimilia narrat. Theætetus verò, in *libro* de Prouerbio, dicit, Parrhaſium pictorem, certantem apud Corinthios, pinxiſſe Bacchum pulcherrimũ. Illos verò, cùm viderent & æmulorum opera, quæ longè eſſent inferiora, & Parrhaſij Bacchum, acclamaſſe, Quid ad Bacchum? In eos, qui *res* non conuenientes argumentis *propoſitis, & ab inſtituto remotas, ac alienas* garriunt. Et rurſus. Quidam dixit Corœbum eſſe callidum Vlyſſem. Atqui, cùm ad hoc exemplum non afferas, ad præſepe canem adducis, neque quidquam ducis, quod faciat ad Bacchum. *Eraſ. ad. Chil. 2. Cent. 4. col. 468. 469. ad. 57.*

οὐδὲν φροντίζω σου. Nihil te curo. Nullo modo te curo. Locutio hæc eſt Attica. Ariſtophanes Pluto pa. 43. v. 25. & 26. Non curo te fero enim emptum Annulum hunc ab Eudamo, drachmâ. Eudamus autem hic erat philoſophus.

Οὐδὲν φροντίζω σου. ἀντὶ τ͂ φροντίζω σου ἢ φρόνησις ἄτιμος. ἀριστοφάνης πλούτῳ. φορῶ γὰρ τ͂ δακτύλιον τουτονὶ παρ' εὐδάμου δραχμῆς πριάμενος. ἀντὶ τοῦ οὐ φροντίζω σου. εὔδαμος δὲ φιλόσοφος ἦν. A

N O T Æ.

Φορῶ γάρ.] Ariſtoph. Pluto. pag. 43. v. 25. & 26. Schol. annot. 8. vnde Suid. at ibi longè plura.

Οὐδὲν φροντίζω σου. φορῶ γὰρ πριάμενος
Τὸν δακτύλιον τονδὶ παρ' Εὐδάμου, δραχμῆς.

οὐδ' ἐν σελίνοις. Ne inter apia quidem. Ariſtoph. Veſpis. pag. 527. v. 9. Schol. annot. 4. Er. ad. Chil. 1. Cent. 10. col. 340. ad. 89. In eos, qui ne principium quidem attigerunt. Tranſlatio ſumpta eſt ab illis, qui hortos ingrediuntur. In extremis enim hortorum partibus, quæ circundant hortos, & quæ πρασιαὶ propterea græcè vocantur, apium, & rutam plantabant. Hoc igitur prouerbium vult ſignificare, Nondum vel ipſum rei, quam cupis, principium habes. Vel, Ne ipſum quidem rei, quam ſectaris, principium adhuc habes. Quemadmodum ne illi quidem, qui in hortos ingrediuntur, inter apia ſunt, antequàm hortos ſint ingreſſi.

Οὐδ' ἐν σελίνοις. ἐπὶ τῶν μὴ δὲ τὴν ἀρχὴν ἐφθακότων. ἀπὸ τῶν εἰς τοὺς κήπους ἰόντων. ἐπὶ γὰρ τὰ ἄκρα τὰς λεγομένας πρασιὰς, σέλινα, καὶ πήγανα κατεφύτευον. βούλεται οὖν λέγειν ἡ παροιμία, οὔπω οὐδὲ ἀρχὴν ἔχεις τοῦ πράγματος. καθάπερ οὐδὲ οἱ ἐν τοῖς κήποις εἰσιόντες ἐν τοῖς σελίνοις εἰσί. B

Et, Ille verò conabatur filias facere lanificas, & netrices, *quæ manibus nentes victum ſibi pararent*.

ὁ δὲ, τὰς θυγατέρας ἐπειρᾶτο ποιεῖν ταλασιουργοὺς, καὶ χερνήτιδας.

χέρνιβα. Aquam, qua manus abluuntur. *Ariſtophanes in Auibus. pag.* 406. *verſ.* 13. *Idem* Ariſtophanes *in Auibus. pag.* 401. *verſ.* 15. Caniſtrum tollite, & aquam

Χέρνιβα. τὸ ὕδωρ. φησὶν ἀριστοφάνης. τὸ κανοῦν

A αἵρεσιν, καὶ τὴν χέρνιβα προπαροξυτόνως κατὰ τὴν ἀναλογίαν· παρὰ δὲ τοῖς ποιηταῖς παροξυτόνως. καὶ αὖθις. χερνιπτομένους πρὸς αὐτοῖς τοῖς βωμοῖς ἀπέκτειναν.

& aquam-ad-abluẽdas-manus,*vel,aquam. Vide Schol. annot.* 8. Proparoxytonè ſecundum analogiam *dicendum* χέρνιβα, *à recto paroxytono* χέρνιψ. *i. Manuum lotio, & purgatio, quæ fiebat in ſacrificiis. Aqua ad manus lauandas, aqua.* Sed apud poetas paroxytonè *ſcribitur* χερνίβα, *quod à recto oxytono* χερνίψ *deducitur. Vide Euſtath. in* χέρνιβα, *quod malluuium Latini vocant. i. vas in quo continetur aqua ad manus lauandas. Deriuatur à* χερνίπτομαι. *manus lauo Hom. Iliad.* A *pag.* 41. *v.* 27. χερνίψαντο δ' ἔπειτα. *Manus-lauerunt autem poſtea.* Et rurſus *alius quidam dicit,* Ipſos, dum-manus-lauarent, ad ipſas aras interfecerunt.

Χορνίβος.
Λοιδορῆσαι βούλομαι
Κοινῇ δικαίως, οἳ μιᾶς γε χέρνιβος

Βωμοὺς περιρραίνοντες ὥσπερ συγγενεῖς
Ὀλυμπίασιν, ἐν Πύλαις, Πυθοῖ·
Πόσους εἴποιμ' ἂν ἄλλους, εἴ με μηκύνειν δέοι;

Χέρνιβος. *Ariſtoph. in Lyſiſtrata pag.* 566. *v.* 41 *& d.*
Aſſumptos verò vos obiurgare volo
Communiter iuſtè, qui vnâ tantùm, & eâdem *aquâ luſtrali*
Aras circunſpergentes vt cognatas,
Olympiæ, ad Pylas, Pythone. Quot aras
Dicerem alias, ſi me producere ſermonem *oporteret?*

Senſus. Quùm ſitis & Græci, & cognati, & eorundem ſacrorum participes, tamen his omnibus neglectis, veſtris, & Barbarorum copijs adiunctis, Græcos, & ipſorum vrbes perditis.

N O T Æ.

C Χέρνιβος] Ariſtoph. in Lyſiſtrata pag. 566. v. 41. 42. 43.

Λαβὼν δ' ὑμᾶς λοιδορῆσαι βούλομαι
Κοινῇ δικαίως, οἳ * μιᾶς γε χέρνιβος * ſub διά.
Βωμοὺς περιρραίνοντες. &c.

Et Ὀλυμπίασιν. & Πυθοῖ. Athenæus lib. 10. τῶν δειπνοσοφ. pag. 202. lin. 42. & deinceps, docet τὴν χέρνιβα, ſiue τὴν χερνίβα, vt alij ſcribunt, aquam fuiſſe, in quam immergebant facem ſumptam ex ara, in qua ſacrificium faciebant. Hâc autem aquâ eos, qui præſentes aderant, circunſperſiſſe, & eos ita luſtraſſe, quò videtur Virgil. Æn. 6. pag. 251. reſpexiſſe, quum cecinit,

Oſſaque lecta cado texit Chorineus aheno.
Idem ter ſocios pura circuntulit vnda,
Spargens rore leui, & ramo felicis oliuæ,
Luſtrauitque viros, dixitque nouiſſima verba.

D Idem Athenæus ibi regulam affert, cur proparoxytonè dicendum ſit χέρνιβα. Vide.

Χερνίβων, Δημοσθένης φησί. καὶ χερνίβων καὶ κανοῦν ἀψάμενος. εἴη δ' ἂν ἀπὸ ὀρθῆς τῆς χέρνιψ. τῇ δὲ χέρνιβος μέμνηνται καὶ οἱ κωμικοί, ὡς παραλαμβανομένης εἰς τὰς θυσίας.

Χερνίβων. Aquæ-luſtralis, vel malluuij *meminit* Demoſthenes, *quum* dicit, & malluuium, & caniſtra tacturus-eſt. Erit autem *hic pluralis genitiuus* χερνίβων *à recto ſingulari* ἡ χέρνιψ. Huius verò χέρνιβος meminerunt & Comici vt eius, quæ ad ſacrificia aſſumebatur, *& ad ea ritè peragenda adhibebatur, vt patet ex locis ſupra notatis, & ex Ariſtoph. in Pace pag.* 471. *v.* 16. ἄγε δὴ τὸ κανοῦν λαβὼν σύ, καὶ τὴν χέρνιβα. *Age igitur caniſtrum aſſumens tu, & malluuium, (vel aquam-luſtralem, aram circumeas, eamq́; luſtres.) Vide Schol. annot.* 6. *&* 7.

Χερνιπτομένους. τὰς χεῖρας νιπτομένους πρὸς αὐτοῖς τοῖς βωμοῖς ἀπέκτειναν.

Χερνιπτομένους. Eos, qui manus lauant. Vt, χερνιπτομένους πρὸς αὐτοῖς. &c. Ipſos, dum manus lauarent, ad ipſas aras interfecerunt.

Χερνιφθέντα. σὺν βοῒ χερνιφθέντα. ἀντὶ τοῦ τυθέντα. καὶ χερνίψαντο, ἀντὶ τοῦ τὰς χεῖρας ἔνιψαν.

E Χερνιφθέντα. *Eum, qui manus lauit. Vel, Immolatum. Mactatum Vt,* Cum boue mactatum. *Nam hîc* τὸ χερνιφθέντα *ſumitur* pro, τυθέντα. i. mactatum. Et χερνίψαντο. pro manus-lauerunt. *Hom. Iliad.* A *pag.* 41. *v.* 27.

Χερρόνησος. Θράκης χώρα, καὶ πόλις ὑποτελὴς τοῖς Ἀθηναίοις. εὔφορος εἰς πυρῶν γεωργίαν, ὅθεν καὶ ἐσιτηγόυν οἱ Ἀθηναῖοι, οὓς Κλέων διώκει.

Χερρόνησος. Cherroneſus, *ſiue Cherſoneſus,* Thraciæ regio, & vrbs Athenienſibus tributaria, in frumenti cultura ferax, *pro, frumenti ferax.* Vnde etiam Atheniẽſes frumentum-aduehebant *in Atticam,* quos, *i. cuius regionis, & vrbis incolas* Cleon exagitabat.

Χερουβείμ, ἐπὶ τῶν ἑνικῶν, διὰ διφθόγγου. πληθυντικῶς δέ, διὰ τοῦ ι. γνώσεως, ἢ σοφίας.

Χερουβείμ. Cherubeim in ſingulari per ει diphthongum *ſcribitur:* at in-plurali, per ι *Cherubim. quod ſignificat,* cognitionis, vel ſapientiæ.

F Χερσαῖος. ὁ ἀπὸ χέρσου.

Χερσαῖος. Terreſtris. Ex terra inculta, *quæ nullos habet cultores Mediterraneus. In locis incultis naſcens.*

Χερσία. ἐρημία.

Χερσία. Deſertum.

Χεσᾶς, ὁ Πατροκλείδης ὥς φησιν Ἀριστοφάνης, καὶ ζήτει ἐν τῷ χεζητιᾶν.

Χεσᾶς. Cheſâs. Patroclides *ita dictus,* vt ait Ariſtoph. *in Auib. pag.* 399. *v.* 10. *l.* Πατροκλείδης. Quære in χεζητιᾶν.

Χεσείω. Cacaturio. Propero-cacare. Cacare-cupio. *Ariſtoph in Equitib.pag.139.v.25.26.*

Quod bibenti viro accidit, quum cacaturit, idem mihi quoque nunc accidit. Nam

Moribus tuis tanquam crepidis, vel calceis *vtor*.

I. χρῶμαι. Schol. annot. 12. hoc ideo dicit, quia qui potant, largiùs in conuiuijs, ſæpe per imprudentiam, aut per ebrietatem alienis calceis vti conſueuerunt, ſi ad matellam, *vel ad familiarem ſellam, ventris exonerandi cauſa*, prope*rent. lege λάσανον. de quo Lex. λασανον verò, longè aliud, de quo ſuo loco.*

Χεσείω. ἐπείγομαι χέσαι. ἐπιθυμητικῶς τοῦ A
χέσαι ἔχω.

Ὅπερ πίνων ἀνὴρ πέπονθ' ὅταν χεσείῃ,

Τοῖσι τρόποις τοῖς σοῖσιν ὥσπερ βλαυτίοισι χρήσομαι.

ἐπειδὴ εἰώθασιν οἱ πίνοντες τοῖς τῶν ἄλλων ὑποδήμασι χρῆσθαι εἰ ἐπείγοιντο πρὸς λάσανον.

Χετταῖοι. Chettæi. Nomen gentis. *Sunt autem illi qui vocantur* Chananæi.

Χετταῖοι, ὄνομα ἔθνους. οἱ χαναναῖοι. B

Χεῦμα. Fluxus aquæ. Fluxus.

Χεῦμα, ῥεῦμα ὕδατος.

Χεύμασι. Fluxibus. N.L. προχοή. *Oſtia fluuiorum in mare. Et fluuiorum alvei, vnde aqua profluit in mare. Vide Tex.* Mare, quod eſt à dextra, & ſiniſtra. *NL. ἔχουσα pro ὑπερέχουσα. Vide ἔχον in Oecon. Hippocrat.*

Χεύμασι προχοῇ. ἡ ἐν δεξιῶν, καὶ ἀριστερῶν ἔχουσα θάλασσα.

X cum EI.

ΤΟ' Χ ΜΕΤΑ' ΤΟΥ͂ ΕΙ.

Χειά. Draconum, *atque ſerpentum* latibulo, *luſtro. Dictum autem eſt* χειά à verbo χέω, quod ſignificat *fundi, circunfundi*, contineri, *quia luſtrum, ſiue latibulum huiuſmodi quodammodo circa ſerpentes funditur, & eos circundat, dum in eo deliteſcunt.* Vt, Limen autem vtrumque iſtud *eos capiet & cõtinebit.* Hoc enim ſolùm moliuntur ſerpentes, vt corpus *in luſtrum aliquod* tanquã in inuolucrum, *ac integumentum eat, vt ita faciliùs tecti deliteſcant.*

Χειά. τῇ τῶν δρακόντων καταδύσει. ἀπὸ τοῦ χεῖσθαι. ὅ ἐστι χωρεῖσθαι. οὐδὸς δ' ἀμφοτέρους ὅδε χείσεται. τοῦτο γὰρ μόνοι μηχανῶνται οἱ ὄφεις, τὸ χωρῆσαι τὸ σῶμα ὥσπερ εἰς ἔλυτρον. C

N O T Æ.

Οὐδὸς δ' ἀμφοτέρους] Mag. Etymol. col. 229. 51. Γῦ. παρὰ τὸ χῶ, τὸ χωρῶ. ἡ πάντα χωροῦσα. τοῦτο δὲ παρὰ τὸ χῶ (πλεονασμῷ τοῦ χ ἐν γ. γῶ) ἀφ' οὗ παράγωγον χείω. οἷον,

Οὐδὸς δ' ἀμφοτέρους ὅδε χείσεται— D

Euſtath. 356. & 1615. 36. χείσεται. χωρήσει. παρὰ τὸ χείω, ὃ παρὰ τὸ χέω, χῶ, τὸ χωρῶ. Athenæus lib. 11. pag. 235. 24. ὁ τοὺς ὄφεις καταδύσεις χειὰ, ἡ καταδεχομένη τὸ ζῶον.

Χεῖλος. Labrum. Corporis pars *cuius nota per tranſlationem accipitur pro ſermone, qui labris, & ore profertur, & quo non rarò peccatur. Vnde Propheta dixit,* Tota terra facta eſt labrum vnum. De peccatis dicit, *quibus totus terrarum orbis indulget.*

Χεῖλος. τὸ μέρος τοῦ σώματος. ἐγένετο πᾶσα ἡ γῆ χεῖλος ἕν. περὶ τῶν ἁμαρτιῶν λέγει.

Χεῖμα Idem, ac χειμών. Hyems.

Χεῖμα, ὁ χειμών.

Χειμεία. Idem, ac χείμευσις. Argenti, & auri præparatio. Quære in *Vulgò Alchymia. Nam & χυμεία, & χυμία dicitur, q. d. Ars fuſoria Ars, quæ metallorum liquandorum, & præparandorum rationem docet. à χέω, χεύω, & χύω.*

Χειμεία, ἡ χείμευσις. ζήτει ἐν χημεία. E

Χειμαδίῳ τόπῳ. Q. d. Hyberno loco. χειμάδιον. *locus ad hybernandum commodus*, in quo quis hyeme ſtationem habere, *& hyemem tranſigere* poteſt.

Χειμαδίῳ τόπῳ. ἐφ' οὗ ἄν τις δυνάμαιτο χειμῶνος ἐγκαθορμίσασθαι.

Χείμαῤῥος. & χειμάῤῥους, *& per contractionem* χειμάῤῥους Torrens. Fluuius hyeme fluens. Chimarrus etiã *eſt* nomen proprium *viri.* χίμαρος verò *per ſimplex ρ. hircus, caper. Theocritus in epigram pag. 252. M. genere maſculeo. Sed genere fœmineo, Idyll. 1. v. 5. ἡ χίμαρος, capella, bis eodem verſu.*

Χείμαῤῥος, καὶ χειμάῤῥους, ὁ ἐν τῷ χειμῶνι ῥέων ποταμός. καὶ ὄνομα κύριον. χίμαρος δὲ, ὁ τράγος.

Χειμασκήσαντα. Quæ in hyeme ferenda ſunt exercitata. Vt, Caſtra *iuſtam temporis* intermiſſionem habebant. *Quare dux* exiſtimabat res meliores euaſuras, ſi *milites* in hyeme ferenda ſeſe exercuiſſent. N.L.

Χειμασκήσαντα. διάλειμμα εἶχε τὰ στρατόπεδα, χειμασκήσαντα βελτίω τὰ πράγματα ὑπελάμβανε γενέσθαι. F

Χείμεθλον. Pernio. Hulcus, quod hyeme in digitorum rupturis, *& pedum fiſſuris ex frigore naſcitur. Italicè, Bugunza. vne mule au talon Gallicè, In Ariſtoph. Veſpis pag. 353. v. 26 ſcribitur χίμετλον Sic & in Schol. annot. 8. vbi docetur quid hoc ſit, & vnde naſcatur.*

Χείμεθλον τὸ ἐν χειμῶνι γινόμενον ἐν ταῖς ῥήξεσι τῶν δακτύλων ἕλκος.

Χειμερία ὥρα, & Atticè χειμερινὴ ὥρα. Hybernum tempus. Et χειμερίζω, & χειμάζω. Hoc quidem,

Χειμερία ὥρα. καὶ χειμέριος, ἀττικῶς, ὁ τοῦ χειμῶνος καιρός. καὶ χειμερίζω, καὶ χειμάζω. τὸ ſignificat

A μῶ, ἤγουν ἐν χειμῶνι διάγω. τὸ δὲ, χειμῶνος τοῦ διάγω. ὁ δὲ, ἐν Βερενύντῃ ἐχειμέριζεν. ἀντὶ τοῦ ἐχείμαζε.

Χειμερινὸς καιρός.

Χειμών, χειμῶνος. χειμὼν δέ ἐστιν, ὁ ὑπὲρ γῆς ἀὴρ κατεψυγμένος, διὰ τὴν τοῦ ἡλίου πορρωτέρω ἄφοδον. Ὁμήρου ἰλιάδος γ'. αἵ τ' ἐπεὶ οὖν χειμῶνα φύγον. περὶ γεράνων. λέγει δὲ οὐ τὴν χειμερινὴν κατάστασιν, ἀλλὰ τὸν χειμερινὸν τόπον τῆς Θρᾴκης. οὐ γὰρ
B ἐνεστῶτος χειμῶνος φεύγουσιν, ἀλλὰ προσδοκίας οὔσης.

Χειμών. ζήτει περὶ τῶν σκυθῶν, ἐν τῷ ὑφαντοδίνητον.

Χειμὼν ὀρνιθίας. ὑπὸ τὴν γῆν τὰ ὄρνεα στρωννὺς ὑπὸ τῆς ψυχρᾶς πνοῆς. τουτέστιν, ὁ σφοδρός, ἐν ᾧ καὶ τὰ ὄρνεα φθείρεται, λέγεται δὲ καὶ ἄνεμος ὀρνιθίας. ἢ ὅτι τὰ ὄρνεα ταῦτα χειμῶνος φαίνεται. ὡς ἄρατός φησι.

C Χείρ, χειρός.

Χεῖρα. τὸ χειρόγραφον. ὑπερίδης. χεῖρας θεοῦ, ὁ δαβὶδ, τὴν τοῦ θεοῦ προμήθειαν φησίν. εἰς χεῖράς σου παρατίθημι τὸ πνεῦμά μου. χεῖρας καθαίρειν, φροντίδων δηλοῖ λύσιν.

Χειραγωγία. βοήθεια.

Χειραγωγῶ, αἰτιατικῇ.

Χειραλειπτήσας. φάβιος δικτάτωρ, καθάπερ
D ἀγαθὸς ἀθλητὴς, πολὺν χειραλειπτήσας χρόνον, ἐπὶ τὸν ἀγῶνα κατήντα. ἀντὶ τοῦ ἀσκήσας τὴν χεῖρα.

ſignificat in hyeme dego. Illud verò Alicubi hyemo dego *i. in aliquo loco hyberno, & hyemem tranſigo. Interdum tamen τὸ χειμερίζω ponitur pro χειμάζω.* Vt, Ille verò in Berenynte hybernabat, pro, hyemem tranſigebat.

Χειμερινὸς καιρός. Hybernum tempus.

Χειμών, ῶνος, ὁ. Hyems. Hyemis. Hyems autem, eſt ſupra terram aer frigefactus, *frigidus*, propter Solis longiorem *ab ea* receſſum. Hom. *Il.* Γ. *pag.* 103. *v.* 4. Quæ poſtquàm hyemem fugerunt. De gruibus *ibi verba fiunt.* Intelligit autem non hybernum *temporis* ſtatum: ſed hybernum Thraciæ locum. Haud enim *grues iam* præſente hyeme fugiunt: ſed quum *nondum eſt hyems: at quum eius* eſt expectatio, *pro, ſed quum expectatur.*

Χειμών. Quære de Scythis in Υ'φαντοδίνητον.

Χειμὼν ὀρνιθίας. q. d. Hyems auicularis. Hyems, quæ frigido flatu aues humi proſternit hoc eſt, acris, quâ pereunt aues. Dicitur etiam ventus *quidam* Ornithias *ab auibus, quo ſpirante aues aliquò pelluntur* Vel quòd aues iſtæ (quemadmodum ait Aratus) hyeme appareant *Quædam enim aues hyeme, non alijs anni temporibus, conſpiciantur.*

Χείρ, χειρός. Manus. Manus.

Χεῖρα. Chirographum. Scriptum, quod quis manu propria ſcripſit. χεῖρας θεοῦ. Dei manus, Dauid ipſam Dei prouidentiam appellat. In manus tuas trado ſpiritum meum. *Sequens ſenarius pertinet ad explicationem ſomnij.* Manus purgare, curarum ſignificat ſolutionem.

Χειραγωγία. Auxilium. *Propriè ductus vocatur, quum quis manu ducitur.*

Χειραγωγῶ. Accuſatiuo. Manu-duco *quemadmodum facit, qui cæcum ducit.*

Χειραλειπτήσας. Qui-manus-vnxit. *Qui manus in certaminibus exercitauit, in quibus athletæ corpus vngere ſolent vt ex aduerſariorum manibus faciliùs elabantur, atque adeò ne facilè ab illis apprehendantur, ob olei lubricitatem. quæ nullam commodum, firmamq́ prehenſionis anſam aduerſarijs præbet. In genere, Qui ſe exercuit. Exercitatus. Vt,* Fabius Dictator, vt bonus pugil, cùm longum tempus ſe exercitaſſet, in certamen deſcendit. χειραλειπτήσας. Pro, qui manus exercitauit.

Χειραψίαι. διὰ τῆς χειρῶν πράξεις. ἄπαυστοι, καὶ συνεχεῖς ἐγίνοντο καταπειρασμοί, καὶ χειραψίαι καὶ πεζῶν, καὶ ἱππέων.

Χεὶρ, ἡ βοήθεια, καὶ ἡ ἐξουσία, καὶ δύναμις.

Χεῖρες χαλκαῖ. ἐν τοῖς ἀμαστρια. καὶ ζήτει ἐν τῷ μαναΐμ.

E Χειρίαν. σοφοκλῆς. μή με τὸν σὸν ὑπ' ἐχθρῶν χειρίαν ἐφῇς τινί. τουτέστιν ὑποχειρίαν τοῖς ἐχθροῖς σὺν τῷ παιδὶ καταλείψῃς.

Χειραψίαι. Res, quæ manu geruntur. *Pugnæ quum ad manus eſt ventum, prælia, in quibus res conſertâ manu geritur. Vt,* Irrequietæ, & continuæ velitationes, & *q. d.* manuum-conſertiones, *belliq́ præludia* tum peditum, tum equitum fiebant.

Χείρ. Manus. Auxilium. Poteſtas. Potentia.

Χεῖρες χαλκαῖ. Manus æreæ. In Α'μαςειά. N. L. Quære in Μαναΐμ. *Illic extat.*

Χειρίαν. Soph. *in Aiace. pag.* 30. *v.* 3. & 4. Ne me velis ſermonem triſtem capere *pro, malos, triſtesq́ ſermones de te, vel etiam de me ſparſos audire*, Tuorum inimicorum in-poteſtate-poſitam relinquens alicuius. Hoc eſt, ne me cum tuo filio derelinquas in tuorum inimicorum poteſtate. ὑπ' ἐχθρῶν χειρίαν, *Shol. pro,* ἐχθρῶν ὑποχειρίαν.

Χειριδωτός. ὁ χειρωτός. καὶ χειριδωτὸς χιτών. ὁ χειρίδας ἔχων.

F Χειρίζω αἰτιατικῇ. καὶ κεχειρικότες. κάδδος ἱστοριογράφος φησὶν ὅτι ὁ λέων ὁ μακέλλης, ὁ μετὰ μαρκιανὸν βασιλεύσας, περὶ τὴν ἐκστρατείαν

Χειριδωτός. Idem, ac χειρωτός. Manicatus. Manicas habens. Et χειριδωτὸς χιτών. Tunica manicata. Quæ manicas habet.

Χειρίζω. Accuſatiuo. Tracto. Aggredior. Adminiſtro. Et κεχειρικότες. Qui tractarunt. *Qui res aliquas adminiſtrarunt.* χειρίζειν. *meliùs Italicè vis verbi exprimitur, maneggiare & Gallicè, manier.* Caddus hiſtoriographus ait Leonem Macellem, qui poſt Marcianum imperauit, in expeditionem contra Bandilos,

infinitam pecuniam inſumpſiſſe. Fuerunt enim, vt illi, qui *pecuniam* iſtam tractarant. *i. vt quæſtores* indicarant, per præfectos quidem *prouinciarum*, auri pondo quadragies mille, & ſeptem millia præterea. Per Comitem verò theſaurorum, decies, & ſepties mille *pondo*, & argenti pondo ſepondo ſeptingenties mille, quippe quæ inſumpta fuerût ex publicatis principum bonis, & Imperatoris Anthenij *fiſco*. *Hinc verbum compoſitum deducitur* ἐγχειρίζω, *in manus trado, trado. Sophocles in oedipode Tyranno pag. 158.*

A τὴν κατὰ βασιλέων, ἄπειρα χρήματα διδαπανῆσαι. ἦσαν γὰρ ὡς οἱ ταῦτα ἐμφανίζοντες κεχειρικότες διὰ μὲν τῶν ὑπάρχων, χρυσίου λίτρας τεσσαρακοντάκις καὶ πρὸς ἑπτακισχιλίαις. διὰ δὲ τοῦ κόμητος τῶν θησαυρῶν, ἑπτακισχιλίας πρὸς μυρίαις καὶ ἀργυρίου λίτρας ἑπτακοσίας χιλιάδας. ἅ τε τῶν αὐτῶν ἀπολωλότων ἀρχῶν τῶν ἐκ δημοσίων, καὶ ἐκ τοῦ βασιλέως ἀνθεμίου.

Si huius regni cauſâ, quòd mihi ciuitas
Donatum, non petitum tradidit, ſi
Hoc ex regno *Creon ille fidelis, ille ab initio amicus,*
Clàm me ſubiens, expellere cupit.

B Οὕνεκ' ἡ πόλις
Δωρητὸν οὐκ αἰτητὸν εἰσεχείρισε
Ταύτης κρέων ὁ πιστὸς οὑξ ἀρχῆς φίλος
Λάθρα μ' ὑπελθὼν, ἐκβαλεῖν ἱμείρεται.

Χειρισμὸς *Gallicè Maniement. Ital. Il maneggio, vel maneggiamento* Tractationem. Geſtionem. Aggreſſionem. Adminiſtrationem. Polybius. Quum iſta fiunt per adminiſtrationem pari-ſorte-præditam, *i. parem, æqualem*. Et rurſus. Vt rerum tractatio, *vel, adminiſtratio* non ſolùm imprudens, *& ratiocinationis expers*: ſed etiam inſana videatur. *Hic poſuit* χειρισμὸν, pro, aggreſſionem, geſtionem. *tractationem adminiſtrationem*.

Χειρισμὸν, ἐπιχείρησιν. πολύβιος. ὅταν γίνηται ταῦτα κατὰ χειρισμὸν ἰσοτυχῆ. καὶ αὖθις. ὥστε μὴ μόνον ἀλόγιστον, ἀλλὰ καὶ μανιώδη φαίνεσθαι τὸν χειρισμὸν τῶν πραγμάτων. αὐτὶ τοῦ τὴν ἐπιχείρησιν. τὴν πρᾶξιν.

Χείριστα. Peſſimè. Et χειριστὴν. *q. d. Tractatorem. Aggreſſorem. Eum, qui manibus aliquid aggreditur, aut tractat.* Artificem, opificem, qui per ſe facit opus. Illum, qui ſuis manibus aliquid facit. Miniſtrum. Vt, Ille verò de *ſuis* inſidiis, *quas aduerſarius ſtruebat, cum eo conſilium* communicauit, & rogauit *eum*, vt rei-gerendæ *ſibi* miniſter, *& in ea peragenda adiutor* eſſet. χειριστὴν *poſuit* pro, perfectorem, confectorem, *i. in negotio perficiendo, & conficiendo adiutorem.*

C Χείριστα. κάκιστα. καὶ χειριστήν. αὐτουργόν. ὑπηρέτην. ὁ δὲ, περὶ τῆς ἐπιβουλῆς ἐκοινώσατο, καὶ παρεκάλει χειριστὴν γενέσθαι τῆς πράξεως. ἀντὶ τοῦ ἐπιτελεστήν. πληρωτήν.

Χειρόβιοι. Qui manibus victum ſibi parant. Et qui artibus aſſident. Dicuntur & ἀποχειρόβιοι. i. artifices, qui ex ſuis manibus viuunt, qui manu victum ſibi quærunt.

Χειρόβιοι, οἱ ἐκ χειρῶν ζῶντες, καὶ ταῖς τέχναις προσκαθήμενοι. λέγονται καὶ ἀποχειρόβιοι. D

Χειροβρὼς. ῶτος. ὁ. Vinculum, quod manus arrodit, *& abſumit paulatim.*

Χειροβρὼς, χειροβρῶτος. ὁ δεσμὸς ὁ ἀποβιβρώσκων τὰς χεῖρας.

Χειροδάϊκτα θύματα. Manibus-cæſæ victimæ. *Soph. in Aiace pag 14. verſ. 19. habet* χειροδαΐκτα σφάγια. *Sed idem eſt.*

Χειροδάϊκτα θύματα, τὰ ὑπὸ τῶν χειρῶν δαϊχθέντα.

Χειροδίκαιος. *Aliàs* χειροδίκης. ὁ. Homo violentus, qui ius in manibus, & corporis viribus poſitum habet.

Χειροδίκαιος.

Χειρόηθες. Manſuetum. Cicur. Manu-tractabile. Et χειροήθης. *i.* Manſuetus. Cicur.

Χειρόηθες. ἥμερον. πρᾶον. καὶ χειροήθης χειροήθους. ὁ ἥμερος.

Χειρόκμητα. Manibus-elaborata. Manibus-ſculpta, vel circumpolita.

Χειρόκμητα ὑπὸ χειρῶν γεγλυμμένα. ἢ περιεξεσμένα. E

Χειρόμακτρον. *Linteum, quo manus abſterguntur & exſiccantur. Gallicè, Pane-main, eſſuye-main. Eſt autem id,* quod apud Romanos vocatur Mandylion. *Dictum* ab abſtergenda materia *ſordium, quæ ſunt in manibus, Mantile dicitur à Virgilio. Sic enim Georg. lib. 4. pag. 99. v. 20. 21. manibus liquidos dant ordine fontes Germanæ, tonſiſq. ferunt mantilia villis. Et Æn. lib. 1. pag. 134. v. 17. & 18. Dant famuli manibus lymphas Cereremq. caniſtris Expediunt, tonſiſq. ferunt mantilia villis*

Χειρόμακτρον. ὁ παρὰ ῥωμαίοις καλεῖται μανδύλιον. παρὰ τὸ μάττειν τὴν ὕλην.

Χειρομάστης N. L. *Fortaſſe, Manuum abſterſor. Manuum-purgator* ὁ τὰς χεῖρας μάττων, ἤγουν σπογγίζων. *Conſule Euſtath. Heſych.* χειρόμακτρον, ἢ χειρόμακτρον. μανδύλιον.

Χειρομάστης.

Χειρονομεῖν. Pugilatu-certare. *Manus certa lege mouere Manibus geſticulari. Conſule noſtrum Ion. Lex.* Vt, Illa verò ſtatua ſpeciem præbet vmbratilem-pugnam-pugnantis *hominis*. Quære Γλαῦκος δὲ ὁ &c.

F Χειρονομεῖν. πυκτεύειν. σκιαμαχοῦντος δὲ ὁ ἀνδριὰς παρέχεται σχῆμα. ζήτει ἐν τῷ γλαῦκος δὲ ὁ ἐπιτηδειότατος χειρονομεῖν.

Χειροπληθεῖ λίθῳ. Manum-implente lapide, *i. magno.*

Χειροπληθεῖ λίθῳ.

Χειροσκοπικόν, Opus, quod docet aliquid vatici-

Χειροσκοπικόν. ζήτει ἔλενος συνέγραψε τὸ

nari

A Χειροσκοπικὸν οἰώνισμα. ὡς ὅταν τῆς ἐκτάσεως τῶν χειρῶν τῆς παλάμης ἀπὸ τῶν ῥυτίδων εἴπωμεν, ἢ τι τοιοῦτον.

hari ex manuum à nobis ſpectatarum ſignis. Quare Ἕλεν&c.i. Helenus conſcripſit vaticinium, quod ex manuum contemplatione colligebatur. Vt, quum ex extenſione palmæ manuum, ex rugis *ipſarum* dicimus *hac mulier puerum pariet*, aut aliquid huiuſmodi. *l.* ἢ τι τοιοῦτον.

Χειροσκόποι. οἱ τὰς χειροτονίας ἐπισκοποῦντες.

Χειροσκόποι. *Qui ex manuum ſpeculatione prædicunt aliquid Vel* Qui manuum-eleuationem *in ſuffragiis ferendis* inſpiciūt, *& obſeruant ipſam ſuffragiorum manibus ſublatis ferendorum rationem, & illos, qui ſuffragia ferunt, vt eorum numerum ſciant.*

Χειροτονεῖν τὸ αἰδοῖον. τυτέσιν, αἰσχρῶς αἰκινεῖν, καὶ ἀποσπερματίζειν.

Χειροτονεῖν. Manu-intendere pudendum. Hoc eſt, turpiter agitare, & ſemen-emittere.

B Χειροτονήσαντες. ἐκλεξάμενοι.

Χειροτονήσαντες. Qui-elegerunt.

Χειροτονητέον. τὴν χεῖρα ἐκτατέον. Ἀριστοφάνης.

Χειροτονητέον. Manus *eſt* extendenda. *Ariſtoph. in Eccleſiaz. pag.* 491. *v.* 19. *&* 20.

Χαλεπὸν τὸ πρᾶγμα, ὅμως χειροτονητέον

Moleſta quidem eſt *hac res, veruntamen manus-extendenda* nobis eſt

Ἐξωμισάσης τὸν ἕτερον βραχίονα.

Ad-humeros-vſque-nudantibus alterum brachium.

τυτέσιν, ἄχρι τῶν ὤμων γυμνωσάσης.

Hoc eſt, ad humeros vſque nudatis.

Χειροτονία. ἐκλογή. πάντων χύρωσις. τῆς οὖν χειροτονίας αὐτοῖς ἀνειπούσης, σεβαστοὶ ἀνηγορεύθησαν.

Χειροτονία. *Manuum-eleuatio, Suffragatio, quæ fit per manuum eleuationem.* Electio. Delectus. Creatio. Omniū *per-ſuffragia* confirmatio. *Populi totius conſenſus, & ſuffragium Vt* Cùm igitur totius populi conſenſus eos *l.*

C αὐτοὺς pronuntiaſſet, *& ſalutaſſet Auguſtos, ita demum & ab alijs palàm* Augusti ſalutati-fuerunt, *vel, publicè renuntiati, & voce præconis ſic appellati.*

Χειροτονῶ. αἰτιατική.

Χειροτονῶ. Accuſatiuo. Eligo, deligo, deſigno, declaro, creo: *ſed propriè, per ſuffragia quæ manibus in altum ſublatis feruntur.*

Χειροῦμαι, αἰτιατική.

Χειροῦμαι. Accuſatiuo. Mancipo. Subigo. Domo. Subiicio. In meam manum, & poteſtatem redigo.

Χειρουργίας. τόλμης. Ἀριστοφάνης. οὐδὲν ἐλλείψουσιν αὗται λιπαρᾶς χειρουργίας. ἀντὶ τοῦ προσεχῶς. παρὰ τὸ λίαν παρεῖναι.

Χειρουργίας. Audaciæ. χεῖρουργία, *quoduis facinus quod manu fit. Quoduis opus manu factum. Audax facinus manu patratum.* Ariſtoph *in Lyſiſtrata pag.* 556 *v.* 50 Nihil omittent iſtæ *mulieres* aſſidua de audacia, *qua quoduis*

D *facinus aggredientur.* λιπαρᾶς *autem dictum, pro* προσεχῶς, *ſic enim videtur legendum. Vide noſtras notas Ariſtoph. in Schol. annot.* 13. *vel* συνεχῶς. λιπαρῶς *verò dictus* παρὰ τὸ λίαν παρεῖναι, vald, *vehementer, aſſiduè, continenter* adeſſe.

Χειρουργοί, ἐγένοντο ἄριστοι, καὶ ἀκριβεῖς Φειδίας. Λύσιππος. Πολύκλειτος. ἀγαλματοποιοί.

Χειρουργοί. Qui manibus propriis opus aliquod faciunt. Opifices-manuales, vt vulgò dicuntur. Fuerūt *autem opifices* præſtantiſſimi, & accuratiſſimi, Phidias, Lyſippus, Polycletus, ſtatuarij.

Χείρων. κένταυρος. ὃς πρῶτος εὗρεν ἰατρικὴν, διὰ βοτανῶν, ὑποθήκας δι' ἐπῶν, ἃς ποιεῖται πρὸς Ἀχιλλέα. καὶ ἱππιατρικόν. διὸ καὶ κένταυρος ὠνομάσθη.

Χείρων. Chiron. Centaurus, qui primus artem medicam inuenit *eam, quæ fit* per herbas, *quam ideo vocant herbariam medicinam. Idem ſcripſit* admonitiones verſibus, quas ad Achillem facit, *l.* ποιεῖται. *vel, ſcripſit verſibus de moribus præcepta, quæ dat Achilli.* Et curandorum-equorum opus. Quamobrem etiam Centaurus eſt appellatus.

Χειρῶναξ. τεχνίτης. χειρῶν μόνων διαζῶν, ἢ διὰ χειρῶν κτηματίζομενος. ἢ χειρώνακτες, διὰ

Χειρῶναξ. q.d. Manuum-rex. Artifex. Opifex. Ille, qui ſolarum manuum eſt dominus. Vel, qui manibus opes-acquirit, *victúmque ſibi parat.* Vel χειρώνακτες; qui

E χειρῶν ταλαιπωρούμενοι. πλῆθος ὅσον θητικὸν, καὶ ἐν χειρωναξίαις, καὶ ἄλλως ἐγκατοικισμένον τῇ πόλει συναγαγών.

manibus fatigantur, *dum faciunt opus, vt victum inde ſibi parent. Et* χειρωναξία *Manuum-operatio, quà victus quærendi cauſa fit. Opificium, quod manibus exercetur. Vt,* Cùm autem coegiſſet multitudinem eorum, quotquot erant homines-mercenarij, & qui manuum-opificiis *operam dabant*, & qui alioqui in vrbe habitabant, *magnas in Reipub. turbas excitauit.*

Χειρώνειον ἕλκος. τὸ ἀπὸ πολλῆς στάσεως ἐν τοῖς ποσὶ γινόμενον τραῦμα, καὶ διηνεκῶς ἰχῶρας

Χειρώνειον ἕλκος. Chironium hulcus, quod ex multa ſtatione in pedibus exiſtit vulnus, & continenter ſaniem excernit. Hoc prouerbium de *vulneribus, &*

F ἐκκρίνον. ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν ἀνεκέστων, καὶ ἀνιάτων ἑλκῶν.

hulceribus inſanabilibus, & immedicabilibus *dicitur. Eraſm. Adag Chil.* 2. *Cent.* 8. *col.* 558 *adag.* 21. *Chironium vulnus.*

Χειρῶν νόμῳ. Manuum lege. *Iure belli Per vim quæ manibus infertur. Vt,* Ille verò manuum lege, *i. per vim iniectu manu* accipit epiſtolam. *Eraſm. Ad. Chil* 4. *Cent.* 7. *col.* 962. *adag* 50. *Lex in manibus.*

Χειρῶν νόμῳ. ὁ δὲ χειρῶν νόμῳ δέχεται ἐπιστολήν.

Χείρων, ωνος. ὁ. Chiron, Chirônis. Nomen proprium. χείρονος verò *per* ο *in genitiuo ſingulari, dicitur in* comparatiuo *gradu, peioris, deterioris. deducitur à poſitiuo* κακός.

Χείρων, χείρωνος, ὄνομα κύριον. χείρονος δὲ, ἐπὶ συγκριτικοῦ.

Χειρώσασθαι. Subiicere. *Subigere. In ſuam poteſtatem redigere.* Ælianus. Propterea verò illum virum capere, *& in ſuam poteſtatem redigere,* & (vt ita loquar) eum priuatum-hoſpitem habere *ſtatuit. l.* ἔχειν ἴδιον.

Χειρώσασθαι. ὑποτάξαι. αἰλιανός. καὶ ἐκ τούτου χειρώσασθαι τὸν ἄνδρα, καὶ ἔχειν αὐτὸν ὡς εἰπεῖν ἰδιόξενον.

Χειρῶσαι. *Manibus-capere. Subigere. In ſuam poteſtatem redigere. Sed* χηρῶσαι. Viduare. χήραν ποιῆσαι *viduum facere. Deſertum reddere. Deſolare. Vide infrà* χηρώσειν.

Χηρῶσαι, ἐρημῶσαι. B

X cum H.

ΤΟ' Χ ΜΕΤΑ' ΤΟΥ Η.

Χηλαργοῖς. Albos-pedes-habentibus. Vel velocibus. χηλὰς verò dixit, *i. vngulas biſidas, & biſulcas,* pro, ὁπλάς, *i. vngulas integras & ſolidas, quales habent equi.*

Χηλαργοῖς. τοῖς λευκόποσι. ἢ ταῖς ταχείαις. τὰς χηλὰς δὲ, ἀντὶ ὁπλῶν εἶπε.

Sophocles in Electra pag 110. *v* 1. χαλαργοῖς ἐν ἁμίλλαις. *Vide ſchol. Metonymicè verò tribuitur equeſtribus certaminibus, quod propriè conuenit ipſis equis vngulas albas, aut veloces habentibus. Synecdochicῶs verò, parti tribuitur, quod toti conuenit. Intelliguntur enim equi, qui pedes albos, aut veloces habent.*

Χηλαί. Chelæ. Saxa, quæ ante murum ad mare *ſitum* ſunt-proiecti, propter fluctuum vim, ne murus lædatur. *Saxorum moles prope muros extructa, & excitata, ad repellendos maris fluctus, ne muri lædantur aquarum impetu. Gallicè, Mole, ſeruata Latina voce dicitur. Virgil. Æn. lib.* 9. *pag.* 251. *v.* 14. *&* 15. *Saxea pila cadit magnis quam molibus antè Conſtructam iaciunt ponto.*-Quòd bouis vngulæ-biſulcæ ſimilis-ſit *hæc moles ita dicta. Chele.*

Χηλαί. οἱ ἔμπροσθεν τοῦ πρὸς θάλασσαν τείχους προβεβλημένοι λίθοι, διὰ τὴν τῶν κυμάτων βίαν, ἵνα μὴ τὸ τεῖχος βλάπτοιτο. παρὰ τὸ ἐοικέναι χηλῇ βοός. C

Χηλή. Chele, Vngula *biſulca.* Vngula *biſida, & bipartita, qualis eſt vngula* bouis, & ouis, & capræ. χηλαὶ autem etiam dicuntur ipſa marinorum cancrorum ora, *vel potiùs, ipſa marinorum gammarorum brachia denticulatis forficibus, ſiue forficulis, inſtructa,* & portuum eminentiæ, *prominentes portuum ſaxea moles, & promontoria.*

Χηλή. ὁπλή. ὄνυξ βοός, καὶ προβάτου, καὶ αἰγός. λέγεται δὲ καὶ τὰ τῶν θαλαττίων στόματα χηλαὶ καρκίνων, καὶ τῶν λιμένων αἱ ἐξοχαί.

Χηλὴ ὄρους. Chele montis. Montis eminentia. Promontorium. Vt, Prope verò montis chelen, ſtationem-habebant, vt & ſylua, & nemus huius *cheles, i. promontorij,* propugnaculum, *& obiectum hoſti munimentum* eſſet.

Χηλὴ ὄρους. οἱ δὲ, ἀγχοῦ τῆς χηλῆς τοῦ ὄρους ηὐλίζοντο, ὡς τὴν ὕλην, καὶ τὸ ἐκ ταύτης νέμος πρόβλημα εἶναι. τουτέστι, τῆς ἐξοχῆς. D

Χηλός. Arca. *Sic autem dicta* ab illa diſtantia quæ exiſtit *inter ſuperiorem, & inferiorem eius partem,* quum aperitur *arca.* Vel ἀπὸ τοῦ χέω &c. id eſt, quòd in eam aliquid infundatur, id eſt imponatur, vel quòd res impoſitas contineat. Et κιβωτοί. arcæ, vel arca.

Χηλός. κιβωτός. ἀπὸ τῆς γινομένης διαστάσεως κατὰ τὴν ἄνοιξιν, ἢ ἀπὸ τοῦ χεῖσθαί τι εἰς αὐτήν. οἷον ἐντίθεσθαι, ἢ ἀπὸ τοῦ τὰ ἐντιθέμενα χωρεῖν καὶ χηλοί, κιβωτοί.

Χημαί. Chemas. Piſcis *ita dictus N. L.* χῆμαι, ῶν. αἱ. *Hiatulæ. Conchylia, genus oſtreorum, quod* παρὰ τὸ κεχηνέναι, *i. hiare, dictum. Vide Atheneum lib* 3. *pag.* 44.6. *& deinceps. Infrà,* χήμη.

Χημάς. ὁ ἰχθύς. E

Χημεία. Argenti, & auri præparatio. Cuius libros perſcrutatus Diocletianus combuſſit, propter res ab Ægyptiis aduerſus Diocletianum innouatas, *atque tentatas. & auſas.* Hos inclementer, & crudeliter tractauit, quum libros ab antiquis de auri, & argenti præparatione ſcriptos perſcrutatus cremauit, ne ampliùs ex tali arte Aegyptiis opes affluerent, *vel, ne Ægyptij ex tali arte ampliùs opes ſibi pararent,* néve pecuniarum abundantia freti, Romanis in poſterum reſiſterent. Quære in voce δέρας. *Sed fortaſſe meliùs,* χυμεία, *vel* χυμία, *quod à* χύω, *hoc à* χέω *vel à* χέζομαι. *ſublato* ε, *vt* χύλα, &c. *vnde* χυμίζειν. *Ariſtoph. Lyſiſtratæ. pag.* 515. *v.* 41. Οἴσπερ ἀμυστὶ ἐχύμιζον. *Hinc Italicum Alchymia, & Alchymiſta.*

Χημεία, ἡ τοῦ ἀργύρου, καὶ χρυσοῦ κατασκευή. ἧς τὰ βιβλία διερευνησάμενος ὁ διοκλητιανός, ἔκαυσε, διὰ τὰ νεωτερισθέντα αἰγυπτίοις διοκλητιανῷ. τούτοις ἀνημέρως, καὶ φονικῶς ἐχρήσατο. ὅτε δὴ καὶ τὰ περὶ χημείας χρυσοῦ, καὶ ἀργύρου τοῖς παλαιοῖς γεγραμμένα βιβλία διερευνησάμενος, ἔκαυσε, πρὸς τὸ μηκέτι πλοῦτον αἰγυπτίοις ἐκ τῆς τοιαύτης προσγίνεσθαι τέχνης, μηδὲ χρημάτων αὐτοὺς θαρροῦντας περιουσίᾳ, τοῦ λοιποῦ ῥωμαίοις ἀνταίρειν. ζήτει ἐν τῷ δέρας. F

A Χήμη, εἶδος ὀσπρίου.

Χήμη. Cheme. Hiatula. Genus oſtrei.

Χλιὼ, χηνὸς, τὸ χηνάριον.

Χλιὼ, χηνὸς ὁ Anſer. *Dor.* χὰν, *& præfixo articulo* ὁ χὰν, *hinc Italicum, Occa. Diminutiuum* τὸ χηνάριον. Anſerculus. Paruus anſer.

Χηναλώπηξ, εἶδος ὀρνέου. οὕτω δὲ ἐλέγετο καὶ λυσίστρατος, ὃς ἐπὶ μαλακίᾳ διεβέβλητο. πένης καὶ αὐτὸς, καὶ κυβευτὴς ἐν ἀγορᾷ χολαργέων. χολαργεῖς δὲ, δῆμος ἀττικῆς.

Χηναλώπηξ. Chenalopex. q. d. Anſer-vulpes, vel, vulpanſer. *Eraſm. Ad. Chil.* 4. *Cent.* 8. *col.* 989. *ad.* 87. χηναλώπηξ. Genus auis. Sic autem vocabatur & Lyſiſtratus, qui propter mollitiem malè-audiebat, pauper & ipſe, & aleator in foro Cholargenſium. Cholargenſes verò, municipium Atticæ fuit. *Ariſtoph. in Acharn. pag.* 196 *v.* 9. *Schol annot* 6.

Χῆνα ὀμνύναι. ἐκέλευε μὲν τοὺς θεοὺς ἐπὶ πᾶσιν ὀνομάζειν ῥαδάμανθυς ἐκέλευε κατὰ χηνὸς, καὶ κριοῦ ὀμνύναι. οὐχ ὥς τινες σωκράτης.

B Χῆνα ὀμνύναι. Anſerem, *ſiue per anſerem* iurare. Ne in omnibus *rebus homines iurando*, Deos nominarent, Rhadamantus, per anſerem, & arietem *eos* iurare iuſſit, non autem (vt quidam *tradunt*) Socrates.

Χηνίας, ὄνομα κύριον.

Χηνίας. Cheneas. Nomen proprium.

Χηνίσκος, μέρος τι τοῦ πλοίου.

Χηνίσκος. Chiniſcus. Quædam nauigij pars. *Eſt autem (vt quidam cenſent) ea proræ pars, vnde pendent anchoræ. Sic Mag. Etymol. col.* 811. *lin.* 20. *Illic variæ vocis huius interpretationes aſſeruntur & nonnnulla [illegible]*

Χήρα, καὶ χηρεία, ἐκ τοῦ χηρεύω.

Χήρα. Vidua. Et χηρεία. Viduitas. a χηρεύω. Viduo-ſum. Orbus-ſum. Careo. Vel viduo, ſeparo, orbo, priuo, deſolo, deſertum reddo.

Χηράμβας.

Χηράμβας. Cherambas. *N. L. At* χηραμβὰς. *Heſych.* χηρῶν οἴκημα. *Viduarum domus. Vel à ſingulari* χηράμβα, *pluralis accuſatiuus erit deriuatus* χηράμβας, *i. viduarum domos. Hoc veriſimilius quàm* τὸ χηράμβας, *quod eſt adiectiuum.*

C *παρὰ τὸ τὰς χήρας ἐν αὐταῖς ἀναβαίνειν, quòd viduæ per eas incedant.*

Χηραμοί. οἱ φωλεοί. τῶν θηρίων αἱ καταδύσεις.

Χηραμοί. Ferarum latibula. Luſtra ferarum.

Χηρεύω γενικῇ.

Χηρεύω. Genitiuo. Viduo, ſeparo, orbo, priuo. vel viduor, ſeparor, orbor, priuor. careo.

Χῆρος, ὁ μετὰ τὴν προτέρας στέρησιν δευτέρᾳ μὴ συνεζυγμένος γυναικί.

Χῆρος. Viduus. Qui poſt *vxoris* primæ priuationem, cum vxore ſecunda non eſt coniunctus.

Χηρώσειεν. ἐρημώσειε.

Χηρώσειεν. Viduarit. Deſolarit. Deſertum-reddiderit. *Optat. Æol. aor.* 1. *act. à* χηρόω.

Χηρωσταί, οἱ ἀλλότριοι τοῦ γένους κληρονόμοι. ἢ οἱ διοικοῦντες τοὺς χηρεύοντας διαδόχων. ἢ καὶ ὧν αἱ γυναῖκες εἰσὶν χῆραι, καὶ τῆς ἐπιτροπῆς δέονται.

D Χηρωσταί. A genere alieni hæredes. Vel qui viduos ſucceſſores gubernant, *& eorum res adminiſtrant, vel, qui gubernant eos, qui ſucceſſoribus legitimis, proximisq. carent.* Vel etiam illi, quorum vxores manſerunt viduæ, & quæ tutoribus indigent. *Conſule Euſtath.*

Χήτει. στερήσει. μὴ βραδύνειν ἐν τοῖς ἐπείγουσι χήτει ξένων τε, καὶ ὀθνείων ξυνεργῶν.

Χήτει. Priuatione. Vt, Non cunctari in vrgentibus *negocijs*, propter hoſpitum, & peregrinorum adiutorum priuationem, *vel, inopiam.*

Χήτει. ἐνδείᾳ. σπάνει. στερήσει. ἀγαθίας. οἱ δὲ, χήτει τῶν ἄλλων ἐπιτηδείων, ἔθλιβον τοὺς βότρυας. καὶ ἐνεπιμπλῶντο τοῦ γλεύκους. ἐνθεν αὐτοῖς ἡ γαστὴρ ἐπὶ μέγα ἐφέρετο, καὶ διέῤῥει.

Χήτει. Indigentia. Egeſtate. Penuria. Inopia. Priuatione. Agathias. Illi verò, propter aliorum commeatuum inopiam, vuas premebant, & *expreſſo inde* muſto ſe-replebant, vnde venter ipſorum in altum ferebatur *i. inflabatur, intumeſcebat*, & perfluebat, *profluuio laborabat.*

ΤΟΥ Χ ΜΕΤΑ ΤΟΥ Ι.

X cum I.

E Χιάζειν πραξιδάμας δημόκριτον τὸν χῖον, καὶ θεοξενίδην τὸν σίφνιον, πρώτους ἐπὶ χρώματος τάξαι τὴν ἰδίαν ποίησιν. ὡς ἰσοκράτης ἐν τοῖς πρὸς εἰδοθέαν. ὡς παρ' ἀριστοφάνει τεταγμένον. ὑποτείνει δέ τις αὐτὸν βωμολοχοῦσαι, αὐτὸς δείξας ἐν ἁρμονίαις χιάζων, ἢ σιφνιάζων.

Χιάζειν. *Chiaſſare. Chios-imitari. Chiaſmum facere. Decuſſare.* Praxidamas Democritum Chium, & Theoxenidem Siphnium *ait* primos ſuam poeſim in colore poſuiſſe, *coloribusq. poeticis ornaſſe*, vt Iſocrates in *ſuis ſcriptis* ad Idotheam *tradit*, quemadmodum apud Ariſtophanem eſt poſitum. Subindicat autem quidam ipſumſcurriliter-loquutum-eſſe, quòd ipſe in harmoniis Chiaſſare, vel Siphniaſſare docuerit. *N. L. Legendum videtur* χιάζειν, *ἢ* σιφνιάζειν. *Vide*

F *Er. Ad. Chil.* 2 *Cent.* 2. *col.* 389. *ad* 9. *Non Chius: ſed Cius. Et Chil* 4. *Cent.* 2. *col.* 867 *ad.* 38. *Chius cacans. Huc & Galli alludunt, quum dicunt V'n chieur & vn chiard, ὁ χέσας. Idem Er. Ad. Chil.* 3. *Cent.* 5. *col.* 733 *ad.* 85. *Siphniaſſare.*

Χιανδεῖ. l. χοανεύει. Ariſtophanes *in Theſmophor. pag.* 513.v.18. — Χιανδεῖ καὶ λαικάζει. Ἀριστοφάνης. A

Statuit enim ille pulchriloquus, & ornatè-loquens *Agathon. &c.*
Et verſu 23. *& deinceps.*

Statumina ſuorum carminum, & fundamenta prima *ponere, fabulæ principia.* — Ἀγάθων ἄρχεται δρυόχους τιθέναι δράματος ἀρχάς.

Flectit autem nouas teſtudines verborum. — Κάμπτει δὲ νέας ἁψῖδας ἐπῶν.

Alia verò tornat, alia verò conglutinat-concinnè, — Τὰ δὲ, τορνεύει, τὰ δὲ, κολλομελεῖ

Et ſententias-format, & nomina-pro-nominibus fabricat, — Καὶ γνωμοτυπεῖ, κἀντονομάζει. B

Et ceram fundit, & verba ceræ inſtar mollia fundit, *& rotundat* ea. — Καὶ κηροχυτεῖ, καὶ γογγύλλει.

Et fundit. Vel, & alia in vaſe fuſorio (quod pag. 512. v. 18. & 19. χοάνη vocatur, & ab Hom. Iliad. Σ dag. 695. v. 9. χόανον, i. infundibulum, vel fornax, in qua funduntur, & liquantur metalla) liquat. — Χιανδεῖ,

Mn. *Et ſcortatur.* Conſule noſtros Græc. comment. — Καὶ λαικάζει.

N O T Æ.

Χιανεύει] Ariſtoph. in Theſmophor. pag. 513. C

Μέλλει γὰρ ὁ καλλιεπὴς Ἀγάθων. &c. Deinde.

Δρυόχους τιθέναι, δράματος ἀρχάς.

Et, ἁψῖδας ἐπῶν. Et, τορνεύει. Et, Καὶ χοανεύει. ſic & v. 34. χοανεῦσαι, quod à χοανεύω.

Χίδρα. Spicæ recens-natæ. Nouę ſpicę. Vel craſſiores triticeæ farinæ partes ad pultem faciendam bonæ. Vel leguminum farina. Vel ipſa legumina. Propriè verò *ſic vocantur ea* quæ ex recenti hordeo, *vel, ex adhuc viridi hordeo parantur, ſiue placentæ ſint, ſiue puls.* χίδρα verò dicta-ſunt à verbo χεῖσθαι, i. fundi. — Χίδρα στάχυς νεοφυής, ἢ χεῖμα. ἢ τὰ ἐκ ὀσπρείων ἄλευρα. ἢ τὰ ὄσπρεια. ἰδίως δὲ τὰ ἀπὸ χλωρᾶς κριθῆς. χίδρα δὲ εἴρηται, παρὰ τὸ χεῖσθαι.

Χίδρα. Ea, quæ ex frumenti, hordeíque ſpicis *collecta,* in manu *teruntur, &* attenuantur. *Euſtath. ſic vocari tradit frumenta toſta, vel cocta, quæ manibus decerpuntur, vt comedantur & χίδρα, pro χεῖδρα. παρὰ τὸ τῇ χειρὶ διαιρεῖσθαι.* 1564. 64. — Χίδρα τὰ εἰς τὴν χεῖρα λεπτυνόμενα ἀπὸ τῶν ἀσταχύων σίτου, καὶ κριθῆς. D

Χίδρα. *χίδρον dicitur* legumen ex panico factum. *l.* ἐλύμου, *quod ab* ἔλυμον. *Et verte. Chidron, Id, quod ex panico factum eſt. Edulium ex panico paratum. Pultem intelligit. Vel ſimpliciter, vt ſuprà, legumen. Hoc autem cibi parati genus,* eſt edulium in Caria *frequens, eſt vſitatum.* Vel *eſt edulium paratum* ex viridi, *vel, recenti* hordeo. Alij verò, genus herbæ *tradunt* eſſe. *Vide Ariſtoph. in Equitibus. pag.* 235. *v.* 8. *ſchol.* 4. *& in Pace pag.* 455. *v.* 24. *Schol. annot.* 8. *vnde Suid. correctio petenda.* Hinc autem felicem-anni-prouentum, *& rerum copiam* indicat. — Χίδρα· χίδρον, τὸ ἀπὸ ἐλύμου γινόμενον ὄσπριον. ἔδεσμα περὶ Καρίαν. ἤτοι τὸ ἀπὸ χλωρῶν κριθῶν. οἱ δὲ, εἶδος βοτάνης. ἐκ δὲ τούτου δηλοῖ τὴν εὐετηρίαν.

Χίδρα ἐρικτά. Legumina freſſa *fracta, contuſa. Sic autem vocantur edulia, quæ ſunt* ex recenti hordeo *mòlâ fracto contuſóque* parata. *Ariſtoph. in Equit. pag.* 235. *v. . annot.* 4. *pro κεινόμενα, malim γινόμενα, vt in Pace. pag* 455. *v.* 24. *Schol annot.* 8. — Χίδρα ἐρικτά. ἐκ κριθῆς νέας κρινόμενα. ὡς σεμίδαλις. E

Χιβούλδιος. Chibuldius. Hic ex Iuſtiniani familia fuit, in bellicis quidem *rebus* maximè ſtrenuus, ab auaritia verò, adeò alienus, vt loco maximæ poſſeſſionis in ſua re familiari nullam haberet poſſeſſionem. Quare cùm iſte Thraciæ dux-eſſet, & ad Iſtri cuſtodiam conſtitutus-fuiſſet, & in bello cecidiſſet, accidit, vt Iſter, à Barbaris, ipſorum arbitratu *non ſolùm* intrari: *ſed etiam impunè tranſiri* poſſet. Itaque Romanorum res, & vniuerſum Romanorum imperium, vnius viri virtuti, hac in re nullo modo potuit exæquari. — Χιβούλδιος. οὗτος ἦν ἐκ τῆς Ἰουστινιανοῦ οἰκίας. ἐστάγαν μὲν δραστήριος τὰ πολεμικά. ἐς τοσοῦτον δὲ χρημάτων κρείσσων, ὥστε ἀντὶ μεγίστου κτήματος, ἐν τῇ οὐσίᾳ τῇ αὐτοῦ εἶχε τὸ κεκτῆσθαι μηδέν. ὥστε τούτου στρατηγήσαντος Θρᾴκης, καὶ ἐπὶ τῇ τοῦ Ἴστρου φυλακῇ καταστάντος, καὶ ἐν πολέμῳ ἀναιρεθέντος, συμβῆναι τὸν Ἴστρον ἐσβατὸν κατ' ἐξουσίαν τοῖς βαρβάροις γενέσθαι. τὰ Ῥωμαίων πράγματα, καὶ ξύμπασα ἡ Ῥωμαίων ἀρχή, ἀνδρὸς ἑνὸς ἀρετῇ ἀντίρροπος γενέσθαι ἐν τῷ ἔργῳ τῷδε, οὐδαμῇ ἴσχυσεν. F

A Χιλή. τροφή. καὶ χιλὸς ἀρσενικῶς, ἡ τροφή. ξενοφῶν. τὰ δὲ κτήνη πάντα χιλῷ ἔνδον ἐτρέφετο. διὰ τῆς ἑτέρης χώρης, τῇ χιλός τε ἵπποις, καὶ ὕδατα ἦν. ἡρόδοτος. ὅσος τε σῖτος, καὶ χιλὸς ἐν τῇ χώρᾳ, εἴσω τειχῶν κομίζεσθαι. ἀρσενικῶς δὲ, ὁ χιλός. καὶ ἀχιλλεὺς ὁ ἥρως, παρὰ τὸ μὴ μεταχεῖν χιλοῦ. μυελοῖς γὰρ ἐτρέφετο. ὁ χιλὸς ἐν χέρσῳ φύεται. τοῦτο δέ ἐστι χόρτος. ὅθεν τὸ ἐκκεχιλωμένον. ἀντὶ τοῦ ἐψευσμένην, ἢ κεχερσωμένην, οἷον ἐξηρημωμένην.

Χιλή. Alimonia. Cibus. Alimentum. Eſca. Pabulum. Et χιλὸς maſculeo-genere, idem Xenophon. Iumenta verò omnia pabulo intus alebantur. Et, Per aliam regionem in qua pabulum equis erat & aquæ *ſuppetebant*. Herodotus. *Et alius*, Omne frumentum, & pabulum, quod erat in regione intra muros *vrbis iuſſit* importari. Maſculeo genere verò *dicitur* χιλός. i. pabulũ. Et Achilles ille *celeberrimus* heros *dictus eſt* ἀχιλλεὺς, quòd non fuerit particeps τοῦ χιλοῦ, *i. alimenti, pabuliq́, cateris hominibus communis*. Medullis enim *animalium mactatorum* alebatur, *i nutritus fertur* χιλὸς etiam *dicitur pabulum, quo bruta paſcuntur*. Et hoc pabulum in terra

B naſcitur. Hoc autem eſt fœnum. Vnde *participium* illud ἐκκεχιλωμένην. Pro, ἐψευσμένην, i. falſam, deceptam, vel κεχερσωμένην. i. redactam in ſolitudinem, *vaſtatam, deſolatam, &* quaſi expunctam *obliteratam, deletam*. ἐκχιλοῦν *verò propriè ſignificat ex aliquo loco pabulum euellere, vel, locum aliquem omni pabulo ſpoliare, ac proinde vaſtare, & deſertum reddere.*

Χίλια. ὁ ἀριθμός.

Χίλια. Mille. Numerus *eſt*.

Χιλίαρχος. δικαπέντε πρὸς τοῖς τριακοσίοις ἔτεσιν, ἀπὸ τοῦ πρώτου συνοικισμοῦ τοῦ ἄστεος διαγεγονότων, χιλίαρχοι τὴν ἀρχὴν ῥωμαίων παρειλήφασι.

Χιλίαρχος. *Mille viris-præfectus Tribunus militaris. Tribunus militum, Idem Tribunus plebis Vt*, trecentis & quindecim annis ab vrbe primum condita Tribuni plebis imperium Romanorum acceperunt *adminiſtrandum. Qua de re conſule noſtrum Latinum Indicem in Dionyſ. Halicarnaſſeum, vbi demonſtratur quinam Tribuni plebis primi creati fuerint, quando, cur, qua poteſtate prædit, &c.* l. συνοικισμοῦ.

C Χιλιοστὺς χίλιοι ἄνδρες. σημεῖα δὲ ἦν τοῖς ἰνδοῖς καθ' ἑκάστους καὶ ἄλλα τῶν φυλῶν πάτρια. τῶν δὲ ἱππέων καθ' ἑκάστην χιλιοστὴν, δράκων ἠγεῖτο ἐπὶ κάμακος ἀνατεταμένος. ἀργύρου μὲν ἡ κεφαλὴ πεποίητο, σεσηρότων ὀδόντων, καὶ τοῦ χάσματος ἀπειλὴν ἔχοντες. τὸ δὲ ἄλλο σῶμα συγκεκυφὸς ἦν ἴσον μῆκος, καὶ βάθος, καὶ τὸ ποικίλον τῆς χρόας εἰς ἀληθινὸν δράκοντα. τοῦτο φέρων ἱππεὺς, μετεωρίσας τὸν κάμακα εἰς τὸν ἀέρα, ῥύμη ἐλαύνει τὸν ἵππον. καὶ ἐμπίπτει μὲν, ὥσπερ, εἰκὸς ἐλαυνόμενον βίᾳ τοῦ πνεύματος, ἐν τοῖς κόλ-
D ποις τοῦ ὅλου ὕφους, καὶ διέξοδον εὑρεῖν διὰ τὸ στεγανὸν οὐ δυνάμενον, κυμαίνει τε ἐς τὸν ἀέρα, καὶ μετεωρίζον τὸ ποικίλον ὕφος πάσας ἑλίσσει τροπὰς, ὥσπερ ὁλκὸν δράκοντος ἀληθινοῦ.

Χιλιοστύς. Millenarius *numerus Gallicè, vn milier*. Mille viri. Vt, Indis autem ſingulis erant vexilla & alia familiarum patria, & equitibus in vno quoque millenario draco præibat in pertica extenſus, *& ſublimis. Vide notas*. Ac ipſum quidem *draconis* caput argenteum erat, exertis dentibus, & rictu minas intentante, *vel, minitabundo*. Reliquum verò corpus ex-ſerico-textũ erat, & longitudine, & *latitudine &* profunditate, & coloris varietate verum draconem referens. Hoc *vexillum dracone conſpicuum, & inſigne*, ferens eques, *perticâ, quæ draconem ſuſtinebat*, in aerem ſublatâ, impetu concitat equum. Spiritus autem (vt veriſimile videtur) per-vim impulſus incidit *in ipſum*. In ipſos autem caui textus ſinus inſinuatus, cum ob ipſius *textus* ſoliditatem, *denſitatem. & firmitatem* non poſſit inuenire tranſitum, in aere fluctuat, & varium illud opus-contextum extollens, omnes trahit conuerſiones vt veri draconis tractum. *pro, veri draconis omnes motus, tractus, & conuerſiones exprimit.*

NOTÆ.

Σημεῖα δὲ ἦν] Totius huius loci correctio petenda eſt in voce Ἰνδοί. Sic autem ibi, σημαίας τῶν ἱππέων καθ' ἑκάστην χιλιοστὺν δράκων. &c. Et, τὸ δὲ ἄλλο σῶμα, σηρικόν τε ἦν ἴσον μῆκος. &c. Et, τὴν κάμακα. Et, βίᾳ τὸ πνεῦμα εἰλούμενον δὲ ἐν τοῖς κόλποις τοῦ κοίλου ὕφους.

E

Χιλιωθέντα, ἀντὶ τοῦ χίλια σοφὰ ὄντα. ὡς λυκοῦργος. ὁ δ' αὐτὸς καὶ χιλιῶσαι ἔφη.

Χιλιωθέντα. Pro, χίλια σοφὰ ὄντα. *Sic & Harpocration. Verba ſonant, Mille ſapientia exiſtentia*. N.L. vt Lycurgus. Idem etiam dixit χιλιῶσαι pro, χιλίαις δραχμαῖς ζημιῶσαι. *Mille drachmis mulctare. Magnum Etymol col.* 404. *l.* 43. ἐχιλιώθη. χίλια ἐζημιώθη. *Quare* χιλιωθέντα *commodè poſſumus accipere pro* χιλίαις δραχμαῖς ζημιωθέντα. *mille drachmis mulctatum.*

Χιλιῶν δραχμῶν. οὕτως οἱ ἀττικοὶ περισπῶσιν.

Χιλιῶν. Sic Attici circumflectunt, *pro communi* χιλίων. *vt*, χιλιῶν δραχμῶν. *mille drachmarum.*

Χίλιοι διακόσιοι, ἰσαῖος φησὶν, οὐδεὶς λυσίδης ἐστὶ τῶν διακοσίων, καὶ χιλίων. οἱ πλουσιώτατοι τῶν ἀθηναίων χίλιοι διακόσιοι ἦσαν. οἳ καὶ ἐλειτούρ-
F γουν. μνημονεύουσι δὲ αὐτῶν καὶ ἕτεροι ῥήτορες.

Χίλιοι διακόσιοι. Mille, & ducenti. Iſæus dicit, Nullus eſt Lyſides mille, & ducentorum. Athenienſium ditiſſimi fuerunt mille, & ducenti, qui etiam publica-munera-obibant. Horum autem & alij oratores mentionem-faciunt.

Χιλός. ζήτει ἐπίσω ἐν τῷ χιλή.

Χιλός. Quære ſupra in voce χιλή.

Χίλων, χίλωνος, δαμαγήτου λακεδαιμόνιος. εἷς τῶν ζ σοφῶν. ὃς ἦν βραχυλόγος. ὅθεν ἀριστα-

Χίλων. Chilo. Chilônis, Damageti *filius*, Lacedæmonius, vnus de 7. Sapiẽtib. qui fuit breuiloquus. Quã

obrem Ariſtagoras Mileſius hunc *breuiter loquendi* modum, *i. hanc breuiloquentiam*, vocat Chilonium *modum, ſiue Chilonium dicendi genus. Er. Ad. Chil, 2. Cent. 10. col. 605. ad. 49. Laconiſmus.* Et Chilonius *dicendi* modus. breuiloquentia. Chilo enim, breuiloquus fuit.

γόρας ὁ μιλήσιος τοῦτον τὸν τρόπον χιλώνιον καλεῖ. Ἐ χιλώνειος τρόπος, ἡ βραχυλογία. ὁ γὰρ χίλων, βραχύλογος ἦν. A

Χίμαρ☉. *genere maſc.* Hircus. *g. f. capella.* & χίμαιρα capra. χείμαῤῥ☉ verò, torrens, fluuius hyeme fluens.

Χίμαρος. ὁ τράγος. καὶ χίμαιρα, ἡ αἴξ. χείμαῤῥος δὲ, ὁ ἐν τῷ χειμῶνι ῥέων ποταμός.

Χίμετλα, Perniones *Italicè, Buganze. Gallicè, Les mules aux talons. Sunt autem hæc,* quæ vocantur ὑποκαύματα. q. d. aduſtiones, quæ hyeme *propter frigus* in pedibus fiunt. *Ariſtophanes in Veſpis. pag. 353. verſ. 26. Schol annot. 8. Sed ibi meliùs, quàm apud Suidam res declaratur.*

Χίμετλα. τὰ ὑποκαύματα λεγόμενα, ἅπερ γίνεται ὑπὸ χειμῶνος ἐν τοῖς ποσί.

Χῖον κεράμιον. Chium vas-fictile. Quære in voce Ἀ-δελφίο☉.

Χῖον, κεράμιον ζήτει ἐν τῷ ἀδελφίος. B

Χιόν☉. Niuis. Et χιοναθήσονται. Niuis-inſtar-frigidifient Frigeſcent. Vel, Niuis-inſtar-albi-fient. *Vel, vt nix albeſcent. Dealbabuntur. Illuſtrabuntur, & ſplendeſcent tanquam nix.* Vt, In-Selmon niuis-inſtar-albeſcent. *Vel, niue-frigeſcent.*

Χιόνος. καὶ χιοναθήσονται. ψυχρανθήσονται. ἢ λαμπρυνθήσονται. χιοναθήσονται ἐν σελμών.

Χί☉. Chius, inſula. Dicitur & Aethle.

Χίος. ἡ νῆσος λέγεται, καὶ αἰθάλη.

Χιών. *Senarius inſomnij continens explicationem.* Nix *in ſomnis* apparens, *& viſa, nobis* inimicorum inimicitias affert *i. ſignificat.*

Χιών. φανεῖσα, δυσμενῶν ἔχθρας φέρει.

Χιών. Nix. Albedo niuis, *ſiue candor niuis* eſt accidens ſeparabile. Conſtat enim ex nube, & denſitate materiæ, quæ propter frigoris ſuperlationem, *i. ob nimium frigus* fit, cum incluſione ſpiritus alicuius, quam neceſſariò candor ſequitur. Nam aeris in nube incluſio, & percuſſio, & attritio, *vel, frictio*, quæ in nubis denſitate *eſt*, propter nimium frigus orta, præcedit excretionem, *& hæc eſt* huius *albi* coloris cauſa. Nubes enim, quum teritur, & mouetur, *ac agitatur, tunc* albeſcit. Propterea enim & ipſa ſpuma *eſt* alba. Frictio verò quædam, & motio fit in denſitate nubis, dum ventus, qui in ea ineſt, contrahitur, & in profunditate includitur, & excretionem impedit. Ac illa quidem ſunt de ſubſtantia niuis. Albedo verò ſequitur illa, & eſt paſſio quædam accidentalis, quia ſubſtantiam niuis non explet. Nam ſi neque materia niuis *eſt* albedo, neque ſpecies *eius, ergo* non eſt in ipſa niuis ſubſtantia. Sed quia *quoddam eſt* accidens, materiæ ſuperueniens, quum in talem formam mutatur, ideo ab ea ſeparari nequit. Multi autem oculos ob niuem amiſerunt, alij verò, pedum digitos *frigore* putrefactos. Sed oculorum quidem leuamen aduerſus niuem *milites* habuerunt, ſi quis eorum aliquid nigri *coloris* ante oculos habens inceſſiſſet. Pedum verò *leuamen, & remedium, ne frigore putrefacti caderent, illud erat,* ſi quis moueretur, *id eſt, ſeſe moueret,* nec vnquam quietem ageret, *nec vnquam quieſceret,* noctúque *calceos* exueret. Quotquot enim calceati dormiebant, corrigiæ *calceorum* in eorum pedes penetrabant, & ipſi calcei congelabantur. Xenophon in aſcenſu, *i. in Cyri minoris expeditione, ſic loquitur, lib. 4, pag. 330. C. ſed ibi legitur,* ἔχων πορδίοις *Et* ἀπεπήγνυντο.

Χιών. ἡ λευκότης τῆς χιόνος χωριστὸν ἐστὶ συμβεβηκός. συνίσταται γὰρ ἐκ νέφους ὑλικῆς πήξεως. ἥτις δι' ὑπερβολὴν ψυχρότητος γινομένη μετ' ἐναπολήψεως πνεύματός τινος, ἣν δὲ ἀνάγκης ἕπεται ἡ λευκότης. ἡ γὰρ ἀέρος τοῦ ἐντὸς ἐν τῷ νέφει ἐναπόληψίς τε, καὶ πλῆξις, καὶ τρίψις ἐν τῇ τοῦ νέφους πήξει, ἥτις δι' ὑπερβολὴν ψυχρότητος γινομένη φθάνει τὴν ἔκκρισιν, αὕτη τοῦ τοιούτου χρώματος ἡ αἰτία. τριβόμενον γὰρ, καὶ κινούμενον τὸ πνεῦμα, λευκαίνεται. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ὁ ἀφρὸς λευκός. τρίψις δέ τις, καὶ κίνησις γίνεται ἐν τῇ πήξει τοῦ νέφους, τοῦ ἐν αὐτῷ πνεύματος συστελλομένου, καὶ εἰς τὸ βάθος ἀποκλειομένου, καὶ τὴν ἔκκρισιν ἐμποδίζομένου. καὶ ἔστιν ἐκεῖνα μὲν τῆς οὐσίας τῆς χιόνος. τὸ δὲ λευκὸν ἐπακολουθεῖ ἐκείνοις. καὶ ἔστι πάθος τι συμβεβηκός. τῷ μὴ εἶναι συμπληρωτικὸν τῆς οὐσίας τῆς χιόνος. εἰ γὰρ μήτε ὕλη τῆς χιόνος τὸ λευκόν, μήτε εἶδος, οὐκ ἔστιν ἐν τῇ οὐσίᾳ τῆς χιόνος. τῷ δὲ συμπτώματι τῆς ὕλης ἐπιγινόμενον ἐν τῇ εἰς τοιοῦτον εἶδος μεταβολῇ, τούτῳ ἀχώριστόν ἐστιν αὐτῆς. πολλοὶ δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑπὸ τῆς χιόνος διεφθάρησαν. Ἐ τοὺς δακτύλους τῶν ποδῶν ἀποσεσηπότες ἦσαν. ἐπικούρημα δὲ τοῖς μὲν ὀφθαλμοῖς ἐπικούρημα τῆς χιόνος, εἴ τις μέλαν τι πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν ἔχων ἐπορεύετο. τῶν δὲ ποδῶν εἴ τις κινοῖτο, καὶ μηδέποτε ἡσυχίαν ἔχοι. καὶ εἰ τὴν νύκτα ὑπολύοιτο. ὅσοι δὲ ὑποδεδεμένοι ἐκοιμῶντο, εἰσεδύοντο ἐς τοὺς πόδας οἱ ἱμάντες, καὶ τὰ ὑποδήματα ἐπήγνυντο. ξενοφῶν ἐν τῇ ἀναβάσει. C D E

Χιωνίδης. Chionides. Athenienſis Comicus, antiquæ comœdiæ *ſcriptor*, quem etiam dicunt primum antiquæ comœdiæ ſcriptorem fuiſſe, & annis octo ante bellum Perſicum fabulas in lucem ediſdiſſe. Ex ipſius autem fabulis ſunt & iſtæ, Heros, Mendici, Perſæ, ſiue Aſſyrij.

Χιωνίδης. ἀθηναῖος κωμικός. τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας, ὃν καὶ λέγουσι πρωταγωνιστὴν γενέσθαι τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας. διδάσκειν δὲ ἔτεσιν ὀκτὼ, πρὸ τῶν περσικῶν. τῶν δραμάτων αὐτοῦ ἐστι καὶ ταῦτα. ἥρως. πτωχοί. πέρσαι. ἢ ἀσσύριοι. F

A Χιραὶ, εἶδος πάθους.

Χιράς. Alij χειράς. Morbi genus, *quum manus fiſſuras habent dolorem cientes. Vide χειράδες apud Medicos, & in vulg. Lex & Mag. Etym. col. 812 l 3. χειράδες.*

Χύτραις ἱδρυτέον. Ollis collocanda eſt. Ariſtoph. in Pace pag. 470. v. 1. Schol. annot. 1. 2. & 3. Τρυ. Quid verò nobis faciendum eſt aliud, quàm iſta nunc ollis collocanda? Hoc eſt, Quid aliud iam faciemus, niſi vt Pacem iſtam ollis ſanciemus, & confirmemus? Quum enim aras, aut alicuius Dei ſimulachra in aliquo loco collocaturi, & dedicaturi erant, legumina elixabant, & pro primitiis hæc offerebant aris, ſimulachriſve Deorum dedicatis, & conſecratis pro primo victu gratias illis agentes, & ob animi grati memoriam hæc ipſis offerentes. Ariſtophanes Δαναΐσι. Danaidibus.

Μαρτύρομαι δὲ Ζηνὸς ἑρκείου χύτρας,
Μεθ' ὧν ὁ βωμὸς οὗτος ἱδρύθη ποτέ.

Teſtor autem Iouis Hercei ollas,
Cum quibus ara iſta dedicata-fuit olim.

B ἔστι δ' ὅτε καὶ πολυτελεστέρῳ ἱερείῳ ἀφιδρύοντο ἑρμᾶς δὲ ἱδρύοντες περὶ τὰς θύρας, καὶ ἄλλα τινὰ ἱδρύματα, ὑπὲρ τοῦ μὴ βραδύνειν τὴν ἀνάστασιν, χύτραις ἀθάρας ἱδρύσθαι. μεμφόμενοι δὲ ὡς εὐτελεῖς ὄντας, ἄλλαις ἱερουργίαις αὐτὴν ἱδρύσαντο.

Lidpύθ. Interdum autem etiam ſumptuoſiore victima dedicabantur. Quum verò Mercuriales-ſtatuas dedicabant pro foribus, & alias ſtatuas, ne operis erectio tardaretur: ſed opus incæptum citiùs expediretur, & feliciùs abſolueretur, ollis pultis illas ſtatuas ſolebant dedicare, i. ad illarum ſtatuarum dedicationem ollas pultis adhibere ſolebant. Conquerentes autem Dij, quòd illud dedicationis genus per pultis ollas factum, non ſumptuoſum, nec precioſum: at vile nimis eſſet, aliis victimis ipſam Pacem dedicarunt, vt patet ex duobus hexametris ſequentibus, quæ ſunt apud Ariſtoph. in Pace pag. 470. Schol annot. 2.

Ὡς οἱ μὲν, νέφος ἐχθρὸν ἀπωσάμενοι πολέμοιο,
C Εἰρήνην εἵλοντο καὶ ἱδρύσανθ' ἱερείῳ

Sic illi quidem nube infeſta profligata belli,
Pacem elegerunt, amplexi-ſunt, *collocarúntque*, ſanciuerunt, & confirmarunt eam, mactatâ nobiliore *victima*.

ὡς τοῦ ἑρμοῦ χύτραισιν ἱδρυμένου.

Quod ideo dictum quia Mercurius ollis dedicatus, *de ſacrificij vilitate grauiter conquerebatur.*

NOTÆ.

Ἱδρύσθαι] legendum ἱδρύσθαι, vt apud Ariſtoph. in Pace. pag. 470. In v. 1. annot. 2. vbi duo verſus hexametri ſcribuntur, vt apud Suidam correxi. Quæ ſequuntur, ὡς τοῦ ἑρμοῦ χύτραισιν ἱδρυμένου, pertinent ad verſum Ariſtoph. pag. 470. 2.

Χύτραισιν; ὥσπερ μεμφόμενον Ἑρμίδιον;

Schol. annot. 3. Ἑρμίδιον. εὐτελές. ὡς τοῦ Ἑρμοῦ χύτραις ἱδρυμένου ἐπὶ πολὺ, ὡς μέμφεσθαι αὐτόν.

D

Χύτραις λημᾶν, καὶ κολοκύνταις. ἐπὶ τῶν ἀμβλυωττόντων.

Χύτραις λημᾶν. Ollis, & colocynthis, *ſiue cucurbitis* lippire. De cæcutientibus *dicitur hoc prouerbium. Eraſ. Adag. Chil. 2. Cent. 1. col. 375. & 376. ad. 75. Saturnia lema. & ad. 76. Cucurbitas lippis. & ad. 77. Ollas lippire.*

Χυτρέα. τὸν κεραμέα, καὶ δημιουργὸν τῶν τοιούτων σκευῶν. πλάτων ἐν πολιτείᾳ.

Χυτρέα. Figulum-ollarum. Et huiuſmodi vaſorum *figlinorum* opificem. Plato *vocem iſtam habet* in libris de Repub. *Eſt autem accuſatiuus à recto* χυτρεὺς.

Χυτρεὺς, καὶ κεραμεὺς, ἀφ' ἑνὸς εἴδους τῶν κεραμευομένων, τῆς χύτρας.

Χυτρεὺς. *q. d. Ollarius. i. Ollarum-faber. Ollarum-artifex. Sic autem vocatur* & figulus, *qui opera fictilia facit, & ab* vna ſpecie *vaſorum* illorum, quæ finguntur, *ab* olla *ſcilicet, generaliter intelligitur figulus, qui quodlibet fictile vas fingit, & formas.*

Χυτρίδιον, ὀστράκινον. εὐτελές. χύτρας ἄξιον. ἀριστοφάνης.

Χυτρίδιον. *lege* χυτρεοῦν. Ariſtoph. *in Nubibus pag. 126. v. 22. & 23. Schol annot. 6.* Teſtaceum. Fictile. *q. d. Ollularium, vel, ollarium.* Vile, Olla dignum.

E Ὤμοι δείλαιος.
Ὅτι καὶ σὲ χυτρεοῦν ὄντα θεὸν ἡγησάμην.

--O me miſerum,
Quòd etiam te fictilem eſſe Deum putarim!

Χυτρεῖον, ἐν ᾧ αἱ χύτραι.

Χυτρεῖον. *Locus*, in quo *ſeruantur* ollæ. *q. d. Ollarium.*

Χυτρίνδα. παιδιά. καθέζεται γὰρ ἐν μέσῳ. οἱ δὲ κύκλῳ περιθέοντες παίουσιν αὐτὸν, ἕως ἂν ἐφάψηταί τινος, ὃς ἀντ' αὐτοῦ κάθηται. χυτρίνδα οὖν ὡς βασιλίνδα, καὶ ἄλλα εἴδη. περισπᾶται
F ὁ τόνος.

χυτρίνδα. Chytrinda. Ludus *quidam ita dictus, de quo pluribus Iul. Pollux. lib. 9. col. 944. 33 vbi nominis etymologia declaratur.* Sedet enim in medio *quidam, qui vocatur Chytra, id eſt, olla.* Alij verò *pueri* circum-circa currentes, ipſum percutiunt, donec attigerit aliquem, qui pro ipſo ſedeat, *eiuſq́, vices obeat ſedens.* χυτρίνδα verò, *dicitur*, vt βασιλίνδα, & alia genera *ludorum, quæ deſinunt in* ινδα; *vt & ϛρεπτίνδα. De quo Magn. Etymol. col. 790. l. 24.* Accentus *verò vocis huius, eſt acutus, qui ponitur* ante vnam, *eamq́, vltimam ſyllabam. i. Hæc autem vox* παροξυτονεῖται, *penacuitur, quòd acutus in penultima notetur.*

Χύτρον Agger *χύτρον dictum à χέω, τὸ χέω, fundo. Quòd agger ex terra fuſa, congeſtaq́; conficitur.* Et oſculi genus. *quod vocatur olla fortaſſe propter quãdam affinitatem, quam habet os humanum apertum, cum olla patentis ore.* Et in epigrammate 127. *lib.* 6. *Epigram. pag.* 438. χύτρον τοι, ταύτην τι κρεαγρίδα. Ollam, iſtámque carnium-venatricem *fuſcinam culinariam, carnibus ex olla extrahendis inſeruientem, Mercurio dedicauit Spinther. Vide Lex. in* Κρεάγρα.

Χύτρον, χῶμα, καὶ φιλήματος εἶδος. καὶ ἐν ἐπιγράμματι. χύτρον τι ταύτην τὴν κρεαγρίδα. A

Χυτρόπους. Latos-pedes-habens *ollarum inſtar Ollapedibus-inſtructa. Olla-pedes-habens. Ollarum pedes, & ſuſtentacula, ſiue fulcra Olla.* Vt, Saluſtius ingrediens, & egrediens ad *ſuos* ſodales, videbat ollas-pedibus-inſtructas ſemper immaculatas, & expertes fumi, *fumoq́; nullo modo denigratas ac fœdatas*, vt in foro ad venditionem, *vanum* expoſitas. Plurimi verò faciebat *eos, quos putabat* longum tempus vti victu ignis-experte *i. quos exiſtimabat diu vti poſſe illa victus ratione, qua ignis auxilio non indigeret.*

Χυτρόπους, ὁ πλατύπους. εἰσιὼν καὶ ἐξιὼν ὁ σαλούστιος πρὸς τοὺς ἑταίρους, ἑώρα τοὺς χυτρόποδας ἀχράντους ἀεὶ, καὶ ἀκάπνους, ὥσπερ ἐν ἀγορᾷ πρὸς ὠνὴν ἐγκειμένους. ἐποιεῖ τὸ δὲ μέγιστον ἀπύρῳ διαίτῃ χρῆσθαι πολὺν χρόνον. B

Χυτροι. Chytri. Feſtum Athenis. Eodem autem die & Chytri, & Choes agebantur, in quo omne ſeminis genus in olla elixum, Baccho, & Mercurio offerebant. Theopompus verò dicit, eos, qui ex diluuio euaſerant incolumes, coxiſſe omnigenum-ſemen in olla, vnde ſic vocatum-fuiſſe feſtum, & congiis *vino plenis* libaſſe Mercurio terreſtri, *vel inferno, vt* χθονίῳ *ſumatur pro* καταχθονίῳ. De olla verò, *& ſeminibus in ea coctis* nunquam guſtaſſe. Hoc autem feciſſe eos, qui euaſerant, vt Mercurium *non ſolùm pro viuentibus* placarent: *ſed etiam pro mortuis. Ariſtoph. in Ranis pag.* 139. *v.* 8. Τοῖς ἱεροῖσι χύτροισιν. *Conſule Schol. annot.* 4. *vbi multa longè aliter.*

Χύτροι. ἑορτὴ ἀθήνησιν, ἐν μιᾷ δὲ ἡμέρᾳ ἤγοντο οἵ τε χύτροι, καὶ οἱ χόες. ἐν ᾗ πᾶν σπέρμα εἰς χύτραν ἑψήσαντες, ἔθυον διονύσῳ, καὶ ἑρμῇ. θεόπομπος δέ φησι τοὺς διασωθέντας ἐκ κατακλυσμοῦ, ἑψεῖν χύτραν πανσπερμίας, ὅθεν οὕτω κληθῆναι τὴν ἑορτήν. καὶ θύειν τοῖς χουσὶν ἑρμῇ χθονίῳ. τῆς δὲ χύτρας οὐδένα γεύεσθαι. τοῦτο δὲ ποιῆσαι τοὺς περισωθέντας, ἱλασκομένους τὸν ἑρμῆν, καὶ περὶ τῶν ἀποθανόντων. C

Χύτροι. Chytri. Vrbs eſt in Cypro *ſita*, quæ ſic vocatur. Eſt etiam quoddam Atticum feſtum, *quod vocatur* Chytri. Hoc autem feſtum agebatur Anthetterionis *menſis* decimo tertio *die*, vt *ait* Philochorus.

Χύτροι. πόλις ἐστὶν ἐν κύπρῳ, καλουμένη. ἔστι δὲ καὶ ἀττικὴ τις ἑορτὴ χύτροι. ἤγετο δὲ ἡ ἑορτὴ ἀνθεστηριῶνος τρίτῃ ἐπὶ δέκα. ὡς φιλόχορος.

INITIVM LITERÆ Ψ.

ἈΡΧΗ ΤΟΥ Ψ ΣΤΟΙΧΕΙΟΥ. D

Ψ cum A.

ΤΟ Ψ ΜΕΤΑ ΤΟΥ A.

Ψ Ἄγδας. Vnguenti quoddam genus. Pſagdas.

Ψ Ἄγδας, εἶδος τι μύρου.

Ψαθάλλειν. Attrectare, & turpiter agitare. *Euſtath.* ψαθάλλειν, *&* ψαιτάλλειν *ait ſignificare, chordas muſicas attrectare, & mollire, quod lõgè melius.*

Ψαθάλλειν. τὸ ψηλαφᾶν, καὶ μαλάττειν αἰσχρῶς. E

Ψαθαρόν. Tenerum. Delicatum. Ita Plato, & Ariſtoteles in libro de animalibus.

Ψαθαρόν. ἁπαλόν. οὕτω πλάτων, καὶ ἀριστοτέλης ἐν τῷ περὶ ζώων.

Ψαθυριανοί. Pſathyriani. Secta quædam ita dicta. Quia quidam à-Deo-conditus Pſathyropola, vehementer hac oratione conflabatur. *N. L.* Quære in voce Ἀρειανός.

Ψαθυριανοί. αἵρεσίς τις οὕτω καλουμένη. διότι θεόκτιστος τις ψαθυροπώλης διαφόρως τῷ δε λόγῳ συνίστατο. καὶ ζήτει ἐν τῷ ἀρειανός.

Ψαθυρόν. Aridum, Siccum. *Et* ψαθυρόω. *ῶ. Areſacio. Sicco. Dauid in quodam pſalmo dicit*, Et oſſa mea tanquam vſtio *tanquam vſtione vel ignis ardore* ſiccata-ſunt.

Ψαθυρόν. ξηρόν. καὶ τὰ ὀστᾶ μου ὡσεὶ καῦσις ἐψαθυρώθη. F

Ψακάζει. Rigat. Rorat. Aſpergit. *Idem ac τὸ ψακάζει, quod à* ψακάς ψακάδος. *ἡ. gutta. ſtill. Ariſtophanes id Pace. pag.* 438. *v.* 16. *vbi legitur* μηδὲ ψακὰς λοιπὴ 'νῆν *&c.* Intus verò, *domi verò*, ne gutta quidem argenti *nobis* erat prorſus *relicta*. Pro, Ne minima quidem

Ψακάζει. ῥαίνει. ἀριστοφάνης. ἔνδον ἀργυρίου μὴ ψακὰς ἦν πάνυ πάμπαν. ἀντὶ τοῦ οὐδὲ

A τὸ σμικρότατον. ὃ καὶ νιφὰς καλεῖται. ἢ, μὴ δὲ ὀβολοῦ ὄντος ἡμῖν.

quidem *argenti mica, pecuniaque particula nobis ab hoſte propter bellum eſt relicta*, quæ & νιφὰς vocatur, *q.d. niuis tenuiſſimus floccus. Conſule ſchol. annot. 11. vnde Suid.* Vel, Cùm ne obolus quidem ſit nobis.

Ψάκαλον. μέγα.

Ψάκαλον. Magnum.

Ψακροπίδης, ὄνομα ἐπίθετον.

Ψακροπίδης. Pſacropides. Nomen adiectiuum. *N.L. In Mag. Etym col. 817. l. 43.* ψακροπόδης. ἐπίθετον τοῦ Ἀρείονος. Vel, Ἀρείονος ἵππου. εἴρηται δὲ διὰ τὴν ταχύτητα. παρὰ τὸ ψαύειν ἄκροις ποσὶ τῆς γῆς κατὰ δρόμον. *i. quòd ſummis pedibus terram in ipſo curſu tangat. q.d. Velocipes.*

Ψαλάσσετε. ψηλαφᾶτε. ἀριστοφάνης. ἥπερ ἱερεῖον τοί μ᾽ ὑποψαλάσσετε. τὰ γὰρ ἱερεῖα μέλλοντες θύειν, ἐψηλάφων εἰ λιπαρὰ εἴη. καὶ ἀριστοφάνης.

Ψαλάσσετε. Tractatis. Attrectatis. Palpatis. Ariſtophanes *in Lyſiſtrata. pag. 543. v. 6. Sed* αὐτὸ *legitur Doricè, & more priſco, pro comm.* ψηλ. *verſo* η *in* α, *&* ι *non ſubſcripto: ſed adſcripto.* Tanquam victimam profectò me ſubattrectatis. Victimas enim immolaturi *palpabant, &* attrectabant, *vt viderent* an pingues eſſent. Et *rurſus* Ariſtophanes *in eadem Lyſiſtrata. pag. 547. v. 20. & 21. 22.*

Πρῶτος
Ἀπῆλθεν ἄψαλακτος, ἀλλ᾽
Ὅμως λακωνικὸν πνέων.

--*Primus*
Abiit intactus, ac illæſus: *at*
Tamen Laconicum ſpirans. i. quamuis Laconicos, & ſuperbos ſpiritus gereret, & ſpiraret, nequaquam tamen ex meis manibus illæſus diſceſſit: ſed à me malè tractatus, & arma mihi tradere coactus, cum palliolo lacero diſceſſit. Vide locum, & noſtros græcos comment.

C Ψάλλειν.

Ψάλλειν. Pſallere. Canere. Citharam pulſare. Muſicis inſtrumentis adhibitis canere. *Vide Euſtath.*

Ψαλίδα, ἣν ἡμεῖς ἀψῖδα καλοῦμεν. νόμων ιβ. θήκην δὲ ὑπὸ γῆς αὐτοῖς εἰργασμένην εἶναι, ψαλίδα προμήκη λίθων πολυτίμων.

Ψαλίδα. ψαλίς, *eſt ea*, quam nos vocamus ἀψῖδα *i. fornicem, teſtudinem, arcum, arcuatam figuram, quam Ouid. arcatum curuamen appellat.* Legum 12. *lib. Plato dicit,* Thecam verò ſub terra *tradunt* eſſe factam *quam dicunt eſſe* teſtudinem oblongam ex precioſis lapidibus *confectam.*

Ψαλίοις. χαλινοῖς. ἀριστοφάνης. χρυσοχάλινον πάταγον ψαλίων.

Ψαλίοις. Frænis. Ariſtophanes *in Pace pag. 439 v. 21. ſchol annot. 11.* Aureum ſtregitum frænorum. *Pro, ſtrepitum ab aureis frenis editum.*

Ψαλλομένη, πλησσομένη. κυρίως δὲ ψάλλειν, τὸ ταῖς ἄκραις τῶν δακτύλων τῶν χορδῶν ἅπτεσθαι. ἐν ἐπιγράμματι.

D

Ψαλλομένη. *Percuſſa Pulſata.* Vellicata. ψάλλειν verò, propriè *ſignificat*, ſummitate digitorum. *i. ſummis digitis, muſicorum inſtrumentorum* chordas attingere. In epigrammate.

Μιλτοφυῆ τε
Σχοῖνον ὑπ᾽ ἀκρονύχῳ ψαλλομένην κανόνι.

· --*Miniatámque*
Chordam ſub ſumma digitorum vnguibus munitorum pulſatam regula.

Ψαλλόμενος. ὁ ἀκροώμενος ψάλτου. καὶ κιθαριζόμενος, ὁ κιθάρας ἀκροώμενος. ὁ δὲ φραάτης, ἐπὶ δίφρου χρυσοῦ ἐκάθητο, τὴν νευρὰν τοῦ τόξου ψάλλων. αὐτὸ τοῦ προσεγγίζων.

Ψαλλόμενος. Qui pſaltem *pſallentem* audit. Et κιθαριζόμενος. Qui citharam *ab aliquo pulſatam* audit. Vt, Phraates autem in aurea ſella, *vel, in aureo curru* ſedebat, arcus neruum, *vt cithara chordas*, ſummis-digitis-pulſans. Pro, accedens *ad arcus neruum, eúmque pulſans.*

E Ψάλλω. δοτικῇ. αἰτιατικῇ δὲ, τὴν νευρὰν τοῦ τόξου ψάλλων.

Ψάλλω. Pſallo. Datiuo. Accuſatiuo quoque *gaudet, vt* τὴν νευρὰν. &c. vt ſupra.

Ψαλτήριον, ὄργανον μουσικὸν, ὅπερ καὶ ναῦλα καλεῖται.

Ψαλτήριον. Pſalterium. Muſicum inſtrumentum quod etiam Naula vocatur. *Vide Lex. in* Ναῦλα. *Item in* Νάβλα.

Ψάλτης, καὶ ψαλτής. τὰ εἰς της λήγοντα, ἔχοντα τὴν παραλήγουσαν εἰς ἀμετάβολον λήγουσαν, ἀπρόσληπτα ὄντα τοῦ σ, κατὰ τὴν γενικὴν βαρύνεται, εἰ μὴ εἴη μετοχικά, οἷον, ὑφάντης. ἀγύρτης. εὐφράτης. τὸ δὲ ἑκοντὴς, καὶ ἐθελοντὴς. μετοχικά. παρὰ δὲ ἀττικοῖς ὀξύνεται. καθαρτὴς. ἀμυντὴς, ἐπὶ τοῦ βυθοῦ. φαιδρυντὴς, ποικιλτὴς, ψαλτὴς. πραϋντής.

F

Ψάλτης, & ψαλτής. Pſaltes. Pſalmiſta. Cantor. *Nomina* in της deſinentia, quæ penultimam habent deſinentem in immutabilem *literam*, quum non aſſumunt σ, in genitiuo grauantur. *i. accentu graui notantur*, niſi ſint participij-vim-habentia. Vt ὑφάντης. Textor. Ἀγύρτης. circulator. Εὐφράτης. Euphrates. *fluuius.* At ἑκοντὴς, voluntarius, & ἐθελοντὴς, idem, vim-participij-habent, *& idem valent, ac participium* ἐθέλων. *i. volens.* Apud Atticos verò acuuntur, καθαρτὴς purgator, luſtrator. ἀμυντὴς. propulſator, vltor. In profundo. *N.L.* φαιδρυντὴς exhilarator. ποικιλτής. Ornator. ψαλτὴς. Cantor. πραϋντὴς Delinitor.

Ψάλτιγξ, κιθάρα.

Ψάλτιγξ. Cithara.

Ψάμμαθος, παραθαλάσσιος ἄμμος. ἄμα-

Ψάμμαθος. Arena maritima, *marina.* ἄμαθος enim *vocatur* mediterraneorum locorum *arena.* ψάμ-

μαθος verò, campeſtris-regionis puluis, *arena.* ψάμμαθος verò, maris *arena. N.L. Euſtath. hac de re meliùs, & dilucidiùs eum conſule.*

θος γὰρ, ἡ μεσόγεια. ψάμμαθος, ἡ τῆς πεδιάδος A κόνις. ψάμμαθος δὲ, ἡ τῆς θαλάσσης.

Ψαμμήτιχος. Pſammeticus, Rex Ægyptiorum Azotum vrbem obſedit, donec expugnauit. Hæc autem Azotus, omnium vrbium, quas nos ſcimus, obſidionem diutiſſimè tolerauit, *hoſtíque reſtitit. Vide Herodotum.*

Ψαμμήτιχος. ψαμμήτιχος ὁ βασιλεὺς αἰγυπτίων ἄζωτον πόλιν ἐπολιόρκησεν, εἰς ὃ ἐξεῖλεν. αὕτη δὲ ἡ ἄζωτος, ἁπασῶν πολίων ἐπὶ πλεῖστον χρόνον πολιορκουμένη ἀντέχει τῶν ἡμεῖς ἴσμεν.

Ψαμμίς. Velum *nauticum.* Et fornix *teſtudo.* Ponitur & pro aquæ-ductu. Et cita motio *ſic etiam appellatur. i. concitatus, velóxque motus. In Ald. cod per ſimplex* μ *ſcribitur* ψαμίς. *Aly*, ψαλίς.

Ψαμμίς, τὸ ἀρμενον. καὶ καμάρα. καὶ ἐπὶ ὑδρορρόου τάσσεται. καὶ ἡ ταχεῖα κίνησις.

B

Ψαμίτη. Pſamite. Inſulula. *Parua inſula ſic dicta.* Quære in Εἰρήτη-ψάμιτον autem, eſt quoddam placentarum genus. Quære pariter *ſuo loco.*

Ψαμίτη. νησύδριον. ζήτει ἐν τῷ εἰρήτη. ψάμιτον δὲ ἐπὶ πλακοῦς τις ἰδέα. καὶ ζήτει ὁμοίως.

Ψαμμοκοσιογάργαρα. Pſammocoſiogargara. *Ariſtophanes in Acharnenſ. pag. 260. v. 3. ſchol. annot. 2. vnde Suidas. Ibi tamen quædam meliùs leguntur.* Vocabulum eſt compoſitum ex vocibus multa ſignificantibus. Compoſitum ex vocibus multa ſignificantibus. Compoſitũ eſt enim *ex nomine* ψάμμος, *quod arenam ſignificat, & ex terminatione* κόσιος, *quæ centuriis ſignificandis inſeruit, & ex nomine* Γάργαρα. *n. pl.* τά. *Gargara quod & Ida promontorium, & vrbem Aeolicam in agro Troiano ſitam, & in iſta vocis compoſitione,* ψαμμοκοσιογάργαρα, *multitudinem ſignificat. Euſtath. 309. 21. Ideo verò Pythia vates, vt refert Herodotus lib. 1. pag. 11 lin. 36. vſa eſt hac voce,* quòd arenæ *granorum* numerum noſſet. Pythius enim, *vel (vt Herod.) Pythia enim* iuuenili-more-gloriatur ſe arenæ numerũ noſſe, *quum hexametro verſu canit,* Noui enim ego arenæque numerum, & menſuras maris, *Eraſ. ad. Chil 1. Cent. 4. col. 145. ad. 44. Harenam metiris.* Et Eupolis hanc vocem obſeruauit, *& notauit* quum dixit, Numerare ſpectatores pſammocoſios. *i. innumeros.* Poteſt autem ineſſe in huius vocis compoſitione illud κόσια, quæ eſt terminatio *nominum numero declarando inſeruientium,* illorum, quæ *ſunt* poſt numerum decem, vſque ad mille, quæ *terminatio* magnum numerum ſignificat. Vt διακόσια, ducenta, τριακόσια, trecenta &c. Illud verò Γάργαρα, & ipſum pro multitudine ſumitur, propter cognationem, quæ intercedit inter γ & κ. Dictum-eſt autem pro ἄρατα, *q d indicibilia, ineffabilia,* quæ verbis exprimi nequeunt, & innumerabilia. Illud verò κάρκαιρε δὲ γαῖα ποσσίν. *Reſonabat autem, ac ſtrepebat terra pedibus,* multam pedum motionem, *ac agitationem* ſignificat. quaſi diceres γάργαιρε. *pedibus ſtrepentibus erat referta.* Meminit & Cratinus *huius verbi* γαργαίρειν, *quum in quodam ſenario dicit,* Ἀνδρῶν ἀρίστων. *&c. Sic enim metricauſa legendum.* Viris præſtantiſſimis tota reſonat vrbs. Idem eſt, ac ſi dixiſſet, *virorum præſtantiſſimorum* multitudine *ſtrepit referta.* Idem igitur eſt τὸ ψαμμοκοσιογάργαρα, ac multa, & innumerabilia. Illud enim ψαμμοκόσια per ſe pro multitudine ponebatur,

Ψαμμοκοσιογάργαρα. ὑπὸ λέξιων τὸ σύνθετον ἐγένετο δηλουσῶν πολλά. σύγκειται γὰρ ἀπὸ τοῦ τῆς ψάμμου τὸν ἀριθμὸν εἰδέναι. ὁ γὰρ πύθιος νεανιεύεται τῆς ψάμμου τὸν ἀριθμὸν εἰδέναι. οἶδα δ' ἐγὼ ψάμμου τ' ἀριθμὸν, καὶ μέτρα θαλάσσης. καὶ εὔπολις ἐποιήσατο τὴν λέξιν, εἰπών. ἀριθμεῖν θεατὰς ψαμμοκοσίους. δύναται C δὲ ἐγκεῖσθαι τῇ λέξει τὰ κόσια ἥτις ἐστὶ κατάληξις τῶν μετὰ τὸν δέκα ἀριθμὸν, μέχρι τῶν χιλίων. ἐς πλῆθος ἐστὶ πολλοῦ σημαντικός. οἷον διακόσια. τριακόσια, καὶ τὰ ἑξῆς. τὸ δὲ γάργαρα, ἐπ' αὐτὸ ἐπὶ πλήθους λαμβάνεται διὰ τὴν συγγένειαν τοῦ γ' τὴν πρὸς κ. εἴρηται δὲ, ἀντὶ τοῦ ἄφατα, καὶ ἀναρίθμητα. τὸ δὲ κάρκαιρε δὲ γαῖα πόδεσσι, τὴν πολλὴν κίνησιν τῶν ποδῶν σημαίνει. οἷον γάργαιρε. μέμνηται καὶ κρατῖνος. ἀρίστων ἀνδρῶν πᾶσα γαργαίρει πόλις. οἷον πλήθει. ἄλλως. D οἷον πολλά, καὶ ἀναρίθμητα. τὸ γὰρ ψαμμοκόσια, καθ' ἑαυτὸ ἐπὶ πλήθους ἐτίθετο. παρὰ μὲν εὐπόλιδι ἐν χρυσῷ γένει οὕτως. ἀριθμεῖν θεατὰς ψαμμοκοσίους. ἀπὸ τῆς ψάμμου ἀριθμητικῶς γεγενημένον. καὶ τὰ γάργαρα δὲ ἐπὶ πλήθους ἐτίθετο. ὡς ἐν λήμναις. ἀνδρῶν ἐπακτῶν πᾶσα γάργαιρ' ἡ στέγη. καὶ παρὰ ἀριστομένει ἐν βοιωτοῖς. ἔνδον γὰρ ἡμῖν γάργαρα. καὶ παρὰ σώφρονι. ἁ δὲ οἰκία τῶν ἀργυρωμάτων γάργαιρε. καὶ ἐν τῇ τραγῳδίᾳ. χρημάτων τε γάργαρα. θέλουσι δέ τινες καὶ τὸ παρὰ τῷ ποιητῇ κάρκαιρε δὲ γαῖα πόδεσσι, τὴν πολλὴν κίνησιν τῶν ποδῶν σημαίνειν. οἷον γάργαιρε. καὶ τὸν καρκῖνον δὲ οὕτως ὀνομάζεσθαι, διὰ τὸ πλῆθος τῶν ποδῶν. E

apud Eupolidem quidem, in Aureo Genere, ſic, Numerare ſpectatores pſammocoſios. *i. in numeros. Eſt enim vocabulum* ab arena numeratiuè *i. numeri ſignificandi cauſa* deductum. Gargara verò & ipſa pro multitudine ponebatur. Vt in Lemnis. *F.* Αὐξιλιαρ. *Lemnis.* Viris aſciticiis tota ſtrepebat domus *i. erat referta.* Et apud Ariſtomenem in Boethis *i. Auxiliarius* Intus enim *i. domi, ſunt* nobis Gargara. Et apud Sophronem *i. maxima rerum copia.* Ἁ δ' οἰκία. *&c.* Ipſa verò domus argenteorum-vaſorum erat plena. Et in Tragœdia. Pecuniarúmque Gargara *i. maxima copia.* Volunt autem quidam illud etiam *hemiſtichium*, quod *eſt* apud Poetam, Κάρκαιρε δέ. &c. Vide ſupra. Quinetiam ipſum καρκῖνον i. cancrum, ſic appellari *tradunt,* propter pedum multitudinem. F

Ψαμμίαχος. Pſammiæchus. Nomen proprium.

Ψαμμίαχος. ὄνομα κύριον.

Ψάμμος. Maritima terra. *Maritima, vel marina arena.*

Ψάμμος, ἡ παραθαλάσσιος γῆ.

A Ψᾶν. ὁμαλίζειν. λεπτύνειν. περιοίσειν, τὸ περιέσεσθαι. καὶ ἀνθέξειν. Θουκυδίδης ζ.

Ψᾶν. Æquare. *Radere. Tergere.* Tenuare. *comminuere.* Περιοίσειν *ad* ψᾶν *non pertinet, neque ponendum hic.* Euaſurum-eſſe. Superſtitem-futurum-eſſe. Et futurum, vt reſiſtat. Thucyd. lib. 7.

Ψανθομφανίχες, οὕτως ἐκαλεῖτο ἰωσὴφ ὑπὸ φαραώ. τουτέστι, κρυπτῶν εὑρετής.

Ψανθομφάνιχος. Pſantheophanichus. Ita vocatus eſt Ioſephus à Pharaone. Hoc eſt, Occultorum-inuentor.

– Ψᾶρες, καὶ κολοιοί. εἴδη ὀρνέων.

Ψᾶρες. Sturni. Et κολοιοί. Graculi. Auium genera.

Ψαρόν. εἶδος χρωμάτων. ψαρὸς γὰρ ἵππος, ὁ τὸ χρῶμα τοιοῦτος. ἢ ὁ ταχὺς, ἀπὸ τοῦ ψαίρειν, ἔνθεν καὶ αἰψηρός.

Ψαρόν. Quod τοῦ ψαρὸς. i. ſturni, colorem habet, varium ſcilicet, Genus colorum *variorum, qui ſunt in eodem corpore, quemadmodum in ſturnis videmus.* Equus enim pſarus *dicitur*, qui colore talis *eſt, qualis eſt in ſturno.* Vel, velox, à verbo ψαίρειν, accelerare, *properare, feſtinare, citò ferri.* Hinc etiam αἰψηρός. Citus. Velox.

B Ψαττάλλειν, καὶ ψατάλλειν, τὸ ψηλαφᾶν, καὶ μαλάττειν αἰσχρῶς.

Ψαττάλλειν. Vide ψαθάλλειν. Vide & Euſtath.

Ψαύει. γενικῇ. ἅπτεται. ὡς ἐμψύχῳ θεοῦ κιβωτῷ, ψαυέτω μηδαμῶς. αἱ δὲ σάρκες τοῦ ἁγίου προσψαύουσαι τῷ πυρί.

Ψαύει. Genitiuo. Tangit. Attingit. Vt, Tanquam animatam Dei arcam nequaquam attingat. Carnes verò illius ſancti *viri*, quę ignem attigerunt. *At hic non genitiuum: ſed datiuum habemus. Vel igitur eſt alia conſtructio ponenda, vel hoc exemplum ad genitiui conſtructionem non facit.*

Ψαφαρῇ. καὶ νάρδῳ ψαφαρῇ κεγχρήτισιν ἰσχάσιν ἀμφί. καὶ αὖθις ἐν μύθοις. ἵστασαν, οὐδὲ

C κόμας ψαφαρῇ μίαντο κονίῃ.

Ψαφαρῇ. *Ion. pro com.* ψαφαρᾷ. Tenui. Friabili. Liquida. &c. *Vt, in quodam hexametro.* Et nardo liquida Cenchreticas caricas circa. Et rurſus In fabulis. Steterunt, neque comas tenui fœdarunt puluere.

N O T Æ.

Κεγχρήτισιν] Per craſin dictum, pro Κεγχρεάτισιν. à Κεγχρέαι. ῶν. αἱ vrbe, de qua Stephanus. Ciuis, Κεγχρεάτης. ου. ὁ. & fœmineum, Κεγχρεᾶτις, Κεγχρεάτιδος, & per craſin τοῦ ε, καὶ τοῦ α εἰς η, Κεγχρῆτις. Κεγχρήτιδος. ἵστασαν verò quod ſequitur, eſt per ſyncopem formatum ἐκ τοῦ ἱστήκεισαν, 3. perſ. plur. pluſq. perf. act. Si verò tenui notatum ſcribas ἵστασαν, erit ſyſtole, pro ἵστασαν, metri cauſa. Μίαντο verò, dictum pro μιάναντο per ſyncopen, & neglecto ſyllabico incremento, pro ἐμιάναντο. à μιαίνω. Videtur autem medium pro actiuo ἐμίαναν Atticè poſitum.

D Ψαφαρόν. ἀσθενές. ἐλαφρόν. κακόν. εὔθραυστον. ἀππιανός. ἀννίβας ὁ στρατηγὸς καρχηδονίων, διαβὰς τὰ πυρηναῖα ὄρη, διέβη καὶ εἰς τὴν κελτικὴν τὴν νῦν γαλατίαν, καὶ διώδευε τὴν χώραν. ἐλθὼν δὲ ἐπὶ τὰ ἄλπια ὄρη, καὶ εὑρὼν ἀπόκρημνα ἰσχυρῶς, ἐπέβαινε κἀκείνοις ὑπὸ τόλμης κακοπαθῶν, τὴν μὲν ὕλην τέμνων τε, καὶ κατακαίων, τὴν δὲ φλόγα σβεννὺς ὕδατι, καὶ ὄξει, καὶ τὴν τέφραν τοῦ δὲ ψαθαρὰν γενομένην, σφύραις σιδηραῖς θραύων, καὶ ὁδοποιῶν.

Ψαφαρόν. Infirmum. Leue. Malum. Friabile. Quod-facilè-frangitur. Appianus. Annibal, Dux Carthaginenſium, ſuperatis, *traiectiſque* Pyrenæis montibus, tranſiuit etiam in Celticam, quæ nunc Gallia vocatur. & per eam regionem iter fecit. Cùm autem ad Alpes veniſſet, eaſque valde præruptas inueniſſet, per illas tamen etiam aſcendit, audacter ærumnas tolerans, ſyluam quidem cædens, & cremans, flammam verò extinguens aqua, & aceto, & huius cinerem redditum friabilem, *ſaxa ſic cremata, & aceto conſperſa* ferreis malleis frangens, & viam-faciens, *copiiſque peruias Alpes reddens. Pro* ψαθαρὰν, *fortaſſe* ψαφαρὰν

E *ſcribendum. Eſt enim* τοῦ ψαφαροῦ *exemplum.* ψαθαρόν, *tamen, &* ψαφαρόν *interdum eſt idem.*

Ψαίγαλον. τὸ ἀρνίον.

Ψαίγαλον. Agnus.

Ψαίρειν. τὸ ταχύνειν. ἔνθεν καὶ αἰψηρός.

Ψαίρειν. Accelerare. Vnde etiam αἰψηρός. Celer. Citus. Velox.

Ψαιστά. ἄλφιτα ἐλαίῳ, καὶ οἴνῳ δεδευμένα. ἅπερ ἐπιθυμίων τοῖς θεοῖς. ψαιστὰ δὲ καλεῖται, ἀπὸ τῆς τοῦ μύλου περιψήσεως. ἢ πέμμα. ἢ εἶδος πλακοῦντος. καὶ ἐν ἐπιγράμματι.

Ψαιστά. Placentæ. Farinæ oleo, & vino rigatæ, *& macerata, vnde fiebant placenta*, quas diis adolebant. ψαιστὰ verò vocantur à molæ circumfractione, *quòd triticum molâ circunfringatur, vt inde farina proſiliat.* Vel *ita vocantur* liba. Vel placentæ genus. Et in Epigrammate.

Σοὶ τάδε πέμπω

F Ψαιστά, καὶ λιτῆς δῶρα θυηπολίης

καὶ αὖθις ἐν ἐπιγράμματι.

Καὶ ψαιστῶν ὀλίγων δράγμα πενιχραλέον.

--Has tibi mitto

Placentulas, & tenuis dona ſacrificij.

Et rurſus in Epigrammate. Καὶ ψαιστῶν ὀλίγων.

Et placentarum exiguarum donarium pauperculum.

καὶ ψαιστῶν, ἅπερ ἦν ἄλφιτα ὑπὸ μύλης κατεψη-

Et ψαιστῶν *dixit. i. placentarum*, quæ erant farinæ molâ confractæ, *& comminuta.* κατεψησμένα. *N. L. fortaſſe*

κατεψημένα. quod à καταψάω. ῶ. *Nam ſuprà dixit περιψήσιως, quod à περιψάω ῶ.* Et rurſus. Placentáſque pingues, & bene-ſermatum, *ac precioſum* oleum. Illud verò πίεντα *poſitum pro πίονα, vel λιπαρά.* pinguia.

τισμένα. καὶ αὖθις. ψαιστά τε πίεντα, καὶ ἀλθήσαυρον ἔλαιον. τὸ δὲ πίεντα, λιπαρά. A

Ψαίστορα. Spongiam habere calamorum abſterſoriam Cnidiorum. *i. quæ calamos Cnidios abſtergat.* ψαίστορα ἀπὸ, *metri cauſa præpoſitio poſt poſita, pro,* ἀποψαίστορα, *ab* ἀποψαίστωρ. *quod ab* ἀποψάω. ῶ *abſtergo, deductum videtur, pro quo ſecundùm legitimam formationem dicendum eſſet* ἀποψήτωρ. ῆρος.

Ψαίστορα. σπόγγον ἔχειν καλάμων ψαίστορ᾽ ἀπὸ κνιδίων.

Ψ CVM E. — ΤΟ Ψ ΜΕΤΑ ΤΟΥ E.

Ψέγω. Accuſatiuo. Vitupero. Reprehendo.

Ψεδνή Rara Raros habens-capillos. Glabra. Calua. Et ψεδνός. Raros-capillos-habens. Glaber. Caluus.

Ψέγω. αἰτιατικῇ. B

Ψεδνή, ἀραιά. καὶ ψεδνός. ἀραιόθριξ. μαδαρός.

Ψεκάς Ros. *Gutta. Stilla. Stillicidium. Er. ad. Chil. 1. Cent. 3. col 97. ad. 1. Minutula pluuia imbrem parit.* Antimachus ita vocabatur, Pſecas *i Ros, vel, minutula pluuia. Hoc autem dicitur* in eos, qui ſputo abundant. Hic autē fuit carminum ſcriptor. *i. poeta.* Sic autem vocatus fuit, quòd inter colloquendum, familiares aſpergeret *ſputo.* Fuit autem etiam quidam Olympicus ita dictus. Putabatur autem Antimachus iſte decretum feciſſe, nullū de nomine in comœdiis eſſe perſtringendum, & propterea multi de Poetis non accedebant, chorum accepturi, & multi eorum, qui choros-agitabant, *& ſcenicas choreas exercebant,* eſuriebant. De iſto Antimacho dicit Ariſtophanes *in Acharnenſibus pag 305. Vide verſus, qui præcedunt iſtos.*

Ψεκάς. δρόσος. ἀντίμαχος, οὕτως ἐκαλεῖτο ψεκάς. ἐπὶ τῶν πτυελωδῶν. οὗτος δὲ μελῶν ἦν ποιητής. οὕτω δὲ ἐκλήθη, διότι προσέρραινε τοὺς ὁμιλοῦντας διαλεγόμενος. ἦν δέ τις καὶ ὀλυμπικός, οὕτω καλούμενος. ἐδόκει δὲ ὁ ἀντίμαχος οὗτος ψήφισμα πεποιηκέναι μὴ δεῖν κωμῳδεῖν ἐξ ὀνόματος, καὶ ἐπὶ τούτῳ πολλοὶ τῶν ποιητῶν οὐ C προσῆλθον ληψόμενοι τὸν χορόν, καὶ πολλοὶ τῶν χορευόντων ἐπείνων. περὶ τούτου τοῦ ἀντιμάχου φησὶν ἀριστοφάνης.

Quem adhuc vtinam videam teuthide, piſce quem quidam vocant loliginem,

Indigentem, vel, cupidum teuthidis. *Hæc verò aſſata,*

Stridens, mari vicina, menſa appoſita,

In-litus-cadat. Deinde verò, quum paratus-erit ille capere eam, *canis* ipſâ

Correptâ fugiat. Vel, vt Suid. Ipſam correptam deuoret.

Hoc quidem ipſi malum vnum imprecor.

Ὃν ἔτ᾽ ἐπίδοιμι τευθίδος

Δεόμενον. ἡ δ᾽ ὠπτημένη

Σίζουσα πάραλος ἐπὶ τραπέζης κειμένη

Ὀκέλλοι. κᾆτα μέλ- D

Λοντος λαβεῖν αὐτοῦ, κύων

Ἁρπάσας φάγοι.

Τοῦτο μὲν αὐτῷ κακὸν ἕν.

NOTAE.

Ψεκάς.] Ariſtoph. in Acharnenſibus. pag. 305. l. & Ψεκάδος. & Ψεκάδα.

Ἀντίμαχον τὸν ψακάδος

Τὸν ξυγγραφῆ τῶν μελέων τὸν ποιητήν.

Ὡς μὲν ἁπλῷ λόγῳ, κακῶς

Ἐξολέσειεν ὁ Ζεύς.

Ὅς γ᾽ ἐμὲ τὸν τλήμονα

Λήναια χορηγῶν, ἀπέλυσ᾽ ἄδειπνον.

Ὅν γ᾽ ἐπίδοιμι τευθίδος

Δεόμενον, ἡ δ᾽ ὠπτημένη

Σίζουσα πάραλος ἐπὶ τραπέζῃ κειμένη,

Ὀκέλλοι. κᾆτα μέλ-

Λοντος λαβεῖν αὐτοῦ, κύων

Ἁρπάσασα φεύγοι.

Τοῦτο μὲν αὐτῷ κακὸν ἕν. &cæt. E

Conſule Schol. annot. 5. & deinceps.

Ψεκτέος. Vituperandus. Reprehendendus. Reprehenſione dignus. Vt, *Oportet* bonos principes, *bonóſque magiſtratus,* magiſtratum-gerere, *vel, populis ſuæ fidei commiſſis imperare,* ędificiis Aſſyriis, & ſumptuoſis publicis-muneribus longum vale dicentes. Vituperandus enim. *& reprehenſione dignus eſt* ille Princeps, qui venuſtis, *ſplendidis, & ſuperbis* ædificiis delectatur, *& qui propter immenſos ſumptus, quos in hæc facit, non ſolum ſuum fiſcum: ſed etiam ſuorum populorum ærarium exhaurit, & hominum priuatorum fortunas abſumit.*

Ψεκτέος, οἰκοδομήματα ἀσσύρια, καὶ δαπανηρὰς λειτουργίας χαίρειν ἐάσαντας χρηστοὺς ἄρχοντας ἄρχειν. ψεκτέος γὰρ ὁ ἄρχων, ὁ χαίρων οἰκοδομήμασιν εὐπρεπέσι. F

A Ψέλιον. περιοχή. ὁ χριστὸς ἐν Ἰὼβ περὶ τοῦ δράκοντος, τουτέστι τοῦ διαβόλου. ψέλιον δὲ τρυπήσεις τὸ χεῖλος αὐτοῦ. τὸ ψέλλιον, κόσμος τῆς χειρός. καὶ Αἰλιανὸς ἐν τῷ περὶ προνοίας. παρ' οὐδὲν θέμενος τὴν τοῦ ἱεροῦ γράμματος συμβουλήν, ὅπερ οὖν οἷα δήπου ψέλιον τῷ βασιλεῖ τῶν Αἰγυπτίων ἐκ τοῦ νόμου προσήρτητο, ἀνασεῖλλον τῶν ἀδικημάτων.

Ψέλιον, *Vel*, ψέλλιον Periochi. *Armilla* Chriſtus in Iobo *dicit* de dracone, hoc eſt, diabolo, Armilla verò perforabis labrum ipſius. ψέλλιον *autem, eſt* manus ornamentum, *vel, brachiorum ornamentum, quod latinè dicitur armilla, torques, brachiale, quòd brachia, circa manus circundet, & ornet. Italicè, Braccialetto Gallicè, Bracelet.* Et Ælianus in *libro* de Prouidentia. Nihili faciens ſacrarũ literarum conſilium. Quod igitur tanquam armillæ Ægyptiorum Regi appēſa erat ex lege *ipſum à peccatis* arcens. N.L. *Legendum videtur* ἀνασεῖλλον, *vt ad* ψέλιον, *ſiue* ψέλλιον, *referatur.*

B Ψελλός, ἀσήμως, ἀνάρθρως λαλῶν. τραυλός.

Ψελλές, Obſcurè. *Sine certa rerum aliquarum ſignificatione, &* inarticulatè loquens. Balbus.

Ψευδυμοί. σπόνδυλοι.

Ψευδυμοί. Spondyli *Vertebræ, quæ ſunt in dorſi ſpina. Vide Lex. in* Σπόνδυλος. *Heſych.* ψελυμοί. σπόνδυλοι. *Sed vtraque vox de mendo videtur ſuſpecta. Niſi fortè ſcribas* ψευδινοί. *q.d. falſa-vertebræ. Non vera-vertebræ. formatum erit, vt* ἀληθινοί. *veri vel vera.*

Ψευδάμαξυς. ὁ ψευδόπλουτος.

Ψευδάμαξυς. Falsò-diues. Qui-ſe-diuitem-falsò-iactat. *Vide ſequentem vocem.*

Ψευδατραφάξυος πλέα, ἀντὶ τοῦ πλήρη ψευσμάτων. ἀτράφαξις δὲ εἶδος λαχάνου, ὃ ταχέως εἰς μέγεθος αὔξεται. ἐπεὶ οὖν ὁ Κλέων ψευδῆ κατὰ τῶν ἱππέων κατηγόρησε, καὶ ἡ βουλὴ πείθεσθαι ἐδόκει, ψευδατραφάξυος πλέαν εἶπε τὴν βουλὴν γεγονέναι, διαβάλλων μὲν ὡς ψεύστην τὸν Κλέωνα. τῆς δὲ βουλῆς καθαπτόμενος, ὡς τοῖς ψευδομένοις καὶ διαβάλλουσι πειθομένης διαχερῶς καὶ ῥᾳδίως, ὥσπερ τὸ λάχανον αὔξεται.

C Ψευδατραφάξυος πλέα. *Sic enim ſcribitur apud Ariſtoph. in Equitibus pag. 225. v. 7. ſchol. annot. 7. vnde Suidas.* Plena *grandium* mendaciorum. Ἀτράφαξις. Atriplex. Oleris genus, quod in magnitudinem celeriter augetur. *i. quod citò creſcit.* Quoniam igitur Cleon Equites falsò criminatus fuerat, & ipſe Senatus *falſis eius criminationibus* fidem-adhibere videbatur, ideo *Allantopola* Senatum ψευδατραφάξυος πλέαν. i. grandium-mendaciorum plenum eſſe dixit, Cleonem quidem, vt mēdacem, *& calumniatorem, ita* carpens, ipſum verò Senatum perſtringens. vt eum, qui mentientibus, & calumniantibus *hominibus* facilè crederet, & *tam facilè fidem illorum mendaciis, & calumniis adhiberet,* quàm facilè creſcit hoc olus, *quod* ἀτράφαξις *vocatur.*

Ψευδεγγραφή. ὄνομα δίκης ἐστίν. ἣν εἰσῄεσαν οἱ γεγραμμένοι ὀφείλειν τῷ δημοσίῳ. ὡς καταψευσαμένου αὐτῶν τοῦ ἐγγράψαντος, ἐν τῇ σανίδι παρὰ τῇ θεᾷ κειμένῃ, ὡς ἀδίκως ἐγγραφέντες ὀφείλειν τῷ δημοσίῳ.

D Ψευδεγγραφή. Pſeudengraphe. q.d. Falſa inſcriptio. Vel falſa-accuſatio. Eſt nomen iudicij, in quod *citati* veniunt illi, qui accuſati-fuerunt, quòd ærario *pecuniæ ſummam aliquam* deberent. *Conqueruntur enim* de ſuo accuſatore, quòd mentitus-ſit contra ipſos, *ipſóſque falsò detulerit ad magiſtratum, & nomen ipſorum inſcripſerit* in tabula, quæ eſt apud Deam *Mineruam, in eius ædis ærario repoſita. Dicunt enim* ſe iniuſtè *in illa tabula* fuiſſe-inſcriptos, quaſi *aliquid* ærario deberent.

Ψευδέγγραφος δίκη. τὰ δημόσια ὀφείλοντων τὰ ὀνόματα ἀπογράφονται οἱ ταμίαι. καὶ ὅσα ἕκαστος ὀφείλει. ἐὰν οὖν μὴ ὀφείλοντα ἐγγράψῃ τις, ἢ ὀφείλοντα μὲν ἐγγράψῃ, πλέον δὲ τοῦ ὀφειλήματος, οὗτος ψευδεγγραφῆς κρίνεται.

Ψευδέγγραφος δίκη. Falſæ inſcriptionis actio. Illorum, qui Reipub. ærario *aliquid,* debent, nomina deſcribunt Quæſtores, & quantum quiſque debeat. Si quis igitur *aliquem*, qui nihil *ærario* debet, *in publicis debitorum tabulis* inſcripſerit, vel inſcripſerit quidem, vt *Reipub.* debentem: ſed plus, quàm ferat eius debitum *i. plus, quàm debet,* iſte in iudicium falſę inſcriptio-

E nis vocatur, *& falſæ inſcriptionis actio aduerſus eum, reo, iniuriam patienti, datur.*

Ψευδενέδραν. Ξενοφῶν. ὡς δὲ ἐφοβοῦντο τὴν εἰς Τραπεζοῦντα κατάβασιν, προσάντης γὰρ ἦν, ψευδενέδραν ἐποιήσαντο.

Ψευδενέδραν. Falſas-inſidias. Fictas-inſidias Xenophon. Cùm autem metuerent deſcenſum, *quo deſcendendum erat* Trapezuntem (erat enim pronus. *i. decliuus*) fictas-inſidias fecerunt. *i. Hoſtem fictis inſidiis aggreſſi ſunt De expeditione Cyri lib. 5 pag. 348. E. & 349. A. Vide noſtrum Græcolat. Xenoph. Indicem.*

Ψευδῆ. ψευδῶς, καὶ ἐπὶ ὀνόματος.

Ψευδῆ. *Nomen plurale neutrum, pro aduerbio* ψευδῶς. Falſa. Pro, falsò. *Dicitur* & de nomine *n.g. quod ſignificat falſa, vel ficta.*

Ψευδηγόρος. ψευδολόγος.

Ψευδηγόρος. Falſidicus. Falſiloquus. Mendax.

F Ψευδὴς ἐγγραφή. τοῦτο ὄνομα δίκης. ζητήσει δ' αὖ τις τίνι διαφέρει ψευδεγγραφὴ, βου-

Ψευδὴς ἐγγραφή. Falſa inſcriptio. Hoc *eſt* nomen iudicij, *vel actionis, quæ à Iudice datur illi, qui conqueritur ſuum nomen ab aliquo relatum eſſe in tabulas eorum, qui Reipub. ærario aliquid debent, quaſi & ipſe ipſi aliquid debeat, cùm tamen ei nihil prorſus debeat.* Quęret verò quis quomodo differat falſa-inſcriptio ab inſidiis, *quas aliquis alicui ſtruit apud Iudices, quum eius nomen ſciens, & prudens in publicis tabulis inſcribit, quaſi Reipub. aliquid debeat. Hoc autem facit, vt eius bonis, & capiti ſtruat inſidias,*

Etenim Lycurgus hæc differre dicit. Fortaſſe autem falſæ quidem inſcriptionis *aduerſario litem* intendebant illi, qui nihil quidem *Reipub.* debebant. falsò tamen inſcripti-fuerant *in publicis tabulis, quaſi Reipub. aliquid deberent.* Inſidiatum verò *litem accuſatoribus intendebant* illi, qui olim quidem *aliquid Reipub.* debuerant: ſed *id eius ærario iam* reſtituerant, *& omnino per ſoluerant*, & tamen iterum per inſidias *ab aduerſariis ſtructas* inſcripti-fuerant falsò *in publicis tabulis, quaſi nondum ærario ſatisfeciſſent.* — λέσεως. καὶ γὰρ διαφέροντα τίθησιν ὁ λυκοῦργος. τάχα οὖν ψευδεγγραφῆς μὲν ἐλάγχανον, οἱ μὴ ὀφείλοντες μὲν, ἐγγραφέντες δὲ ψευδῶς. βουλεύσεως δὲ, οἱ πάλαι μὲν ὠφληκότες, ἀποδόντες δὲ, καὶ αὖθις κατ' ἐπιβουλὴν ψευδῶς ἐγγραφέντες. A

Ψευδοκλησία. q.d. Falſa-vocatio. Nomen eſt iudicij, in quod ingrediuntur ij, qui *in publicis tabulis* inſcripti-fuerunt, quòd *aliquid* ærario debeant. *Tunc autem hæc actio datur illis, qui ſe circumuentos dicunt*, quum aliquos accuſant, quòd apparitores contra ſe falsò præpararint, *& ſubornarint, vt Magiſtratui falsò renunciarent, aliquos à ſe vocatos in ius, quos tamen non vocarint*, vt mulctam vadimonij deſerti cauſa debitam perſoluant. Sic Iſæus *hoc nomen accipiendum* dicit. — Ψευδοκλησία ὄνομα δίκης ἐστίν. ἣν εἰσίασιν οἱ γεγραμμένοι ὀφείλειν τῷ δημοσίῳ. ἐπειδὰν αἰτιῶνται τινὰς ψευδῶς κατεσκευάσθαι κλητῆρας καθ' ἑαυτῶν. ὡς τὴν δίκην ἀφ' ἧς ὦφλον. ὡς ἰσαῖός φησι. B

Ψευδόμαντις. Falſus-vates. Mendax-coniector. — Ψευδόμαντις.

Ψεύδομαι. Accuſatiuo. Mentior. — Ψεύδομαι, αἰτιατικῇ.

Ψευδομυθία. Falſiloquium. Mendacium. — Ψευδομυθία. ψευδολογία.

Ψευδόπτωμα. q.d. *Falſus-lapſus.* Ariſtophanes *in Equitibus pag. 322. v. 2. 3. 4.* Si vero fortè cecidiſſent in humerum in pugna aliqua, Hæc *ſui lapſus veſtigia, puluerémque ſtatim* abſterſiſſent. i. *abſtergebant.* Deinde negabant ſe cecidiſſe. *puluerem autem abſtergebant, ne cecidiſſe viderentur:* Sed dimicabant ruſus, *prælium inſtaurabant, pugnámque redintegrabant.* Hoc autem luctæ, *certaminiſque* genus, ψευδόπτωμα vocant. *Vide Græcolat. Lex. vbi res fideliter, & pluribus explicatur.* Quod autem *Poeta* dicit, & huiuſmodi. Quamuis *noſtri* maiores *interdum ab hoſte* victi- fuerint, illam *tamen* cladem *acceptam* repararunt *ſtatim.* Quamobrem illis, qui *noſtros maiores* vicerunt, cùm poſtea *viciſſim à noſtris maioribus & ipſi* victi fuerint, ex priore victoria, *quam à noſtris reportarunt*, nihil acceſſit *commodi, nec vllam maiorem vtilitatem inde perceperunt.* — Ψευδόπτωμα. ἀριστοφάνης. εἰ δέ που πέσοιεν ἐς τὸν ὦμον, ἐν μάχῃ τινὶ τοῦτ' ἀπεψήσαντ' ἄν, εἶτα τὸ μὴ φαίνεσθαι, πεπτωκέναι. τὸ δὲ εἶδος τοῦ παλαίσματος ψευδόπτωμα καλοῦσιν. ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν. ὅτι εἰ καὶ οἱ πρόγονοι ἡττήθησαν, τὴν ἧτταν ἀνεκαλοῦντο. καὶ τοῖς νενικηκόσιν ἡττηθεῖσιν ἐν δευτέρῳ, πλέον τῆς προτέρας νίκης οὐδὲν ἦν. C

Ψευδόπυρα. Falſi-ignes. Falſæ-pyræ. Stratagema *quoddam eſt.* Quod *belli duces* faciunt quum noctu *variis in locis multos* ignes accendunt. ad hoſtium terrorem, *vt hoſtes, tot ignibus conſpectis, maximas copias eſſe credant ac ita vehementer terreantur. Er. ad Chil. 3. Cent. 4. col. 701. ad 38.* ψευδόπυρα. — Ψευδόπυρα. στρατήγημα. ὅπερ ποιοῦσι διὰ νυκτὸς καίοντες πυρὰ πρὸς κατάπληξιν τῶν πολεμίων. D

Ψευδοσέληνον. q.d. *Falſa-Luna. Pro, Quæ non verum, clarúmque lumen miniſtrat orbi terrarum.* Obſcura-Luna. — Ψευδοσέληνον. ἡ ἀμαυρὰ σελήνη.

Ψεῦδος. Mendacium eſt humana felicitas. Et Dauid. Ego dixi in mea ecſtaſi. i. *in animi mei raptu, quum ex pectore quodammodo meus animus in admirationem, ac ſtuporem eſt abreptus, tunc ego dixi*, Omnis homo mendax. i. ψεύστης. — Ψεῦδος, ἡ ἀνθρωπίνη εὐημερία. καὶ ὁ δαβίδ. ἐγὼ εἶπα ἐν τῇ ἐκστάσει μου πᾶς ἄνθρωπος ψεύστης.

Ψευδώνυμοι. Falsò-nominati. Falſum-nomen-habentes. Suum-nomen-mentientes. Falſiloqui. — Ψευδώνυμοι. διεψευσμένοι τῷ ὀνόματι ψευδολόγοι. E

Ψευσθέντα. Deceptum. Vt Illum autem ab homine deceptore deceptum, *dixit* non manſiſſe inutilem-ad-pugnam-committendam, *nec à pugna manus abſtinuiſſe.* Illi enim & conſilia, & verba omnigena *erant. i. variis & conſiliis, & verbis vtebatur*, vt bellum ſuperaret. i. *ex bello victor euaderet, vel, ex bello victoriam reportaret.* Et ψευσθῆναι. Genitiuo. Decipi. Falli. Fraudari. Fruſtrari. — Ψευσθέντα. ἀπατηθέντα. ψευσθέντα δὲ αὐτὸν ὑπ' ἀνδρὸς ἀπατεῶνος, μὴ μένειν ἀπόλεμον. ἐκείνῳ γὰρ βουλαί τε, καὶ λόγοι παντοῖοι, ὅπως τοῦ πολέμου περιέσοιτο. Ἐ ψευσθῆναι, γενικῇ.

Ψεῦσον. Decipe. Falle. Frauda. Fruſtra. Familiaris *eſt loquendi* figura. Menander. *Sed hoc aliud loquendi genus Atticis familiare, videtur eſſe.* Scis quid ſis facturus? *Ariſtoph. in Auibus pag. 37?. v. 20. οἶσθ' ὃ δρᾶσον, & pag. 371. v. 1?. οἶσθ' οὖν ὃ δρᾶσον, Item Soph. in Oed. Tyr. pag. 175. v. 1. οἶσθ' ὡς ποίησον, Ibi ſchol. dicit hoc poſitum pro ποιήσεις i fac. & Atticiſmum eſſe tradit.* Et Sophocles. Ne falle, ô Iupiter, aduenientem *& nobis affulgentem* ſpem. *Pro, Ne ſpe concepta nos fruſtra.* — Ψεῦσον, συνήθες τὸ σχῆμα. μένανδρος. οἶσθ' ὃ ποίησον. καὶ ὁ σοφοκλῆς. μὴ ψεύσῃς ὦ ζεῦ τῆς ἐπιούσης ἐλπίδος. F

Ψεφαιός. Obſcurus. Non illuſtris. ψέφος enim, obſcuritas *eſt, caligo, tenebræ. Vt,* Erat autem etiam ille vir obſcurus. *Conſule Pind. Lex. & Magnum Etymolog. colum. 818. l. 33.* — Ψεφαιός, σκοτεινός, οὐκ ἐπιφανής. ψέφος γὰρ, τὸ σκότος. ἦν δὲ καὶ ὁ ἀνὴρ ψεφαιός.

A Ψῶσαι. σιτίσαι. ψωμίσαι.

Ψῶσαι. Alere. Nutrire. Paſcere. *Propriè tamen eſt cibo minutatim conciſo paſcere. Vel minutu cibi fruſtis alere, quemadmodum nutrices faciunt, quæ manſum in os puerorum inſerunt.*

ΤΟ Ψ ΜΕΤΑ ΤΟΥ Η. — Ψ. CVM Η.

Ψήγματα. μικρὰ κομμάτια.

Ψήγματα. Ramenta. Parua ſegmenta. Micæ.

Ψηκαδὼν, κονιορτός.

Ψυκαδών. Puluis-excitatus. Puluis.

Ψῆκτρα. ἐργαλεῖον, δι' οὗ τοὺς ἵππους κνήθομεν. ἐν ἐπιγράμματι.

Ψῆκτρα. Strigil. Strigilis. Siue, ſtrigilis, is. Inſtrumẽtum *ferreum, & dentatum*, quo radimus, *ſtringimus, abſtergimus, & polimus* equos. In epigrammate.

B Καὶ πριστὸν ψήκτρης κνῆσμα σιδηρόδετον.

Et ſectum ſtrigilis ramentum ferro-ligatum.

καὶ αὖθις.

N.L. *Fortaſſe ſic vocat ligneam, vel eburneam ſtrigilem, quæ dentes ſerra ſectos, & ferro ligatos habebat. Quare* κνῆσμα *figuratè dens dicetur,* παρὰ τὸ κνῶ, *rado, abſtergo, polio, quòd equiſoni dentes ſtrigilis hunc vſum præſtent.* Et rurſus *Epigrammatum lib 6. pag. 412 epigr. 5.*

Καὶ ψήκτρην ἵππων ἐρυσίτριχα, τήν τ' ἐπὶ νώτων

Et ſtrigilem equorum trahentem-pilos, & ſuprà terga

Μάστιγα, ῥοίζου μητέρα θαρσαλέην.

Scuticam, ſtrepitus matrem audacem.

Καὶ, ψήκτραν ἀκιτιν ἀπέπτυσεν ὁ ψηκτήρ, καὶ δεινὸς λέγεται.

Et, Strigilem acitin reſpuit abſterſor, & grauis dicitur.

C

N.L *Vide quæ notauimus in voce* φάσγανον *pag. 739. col. 1.*

Ψηλαφίζει. ἀντὶ τοῦ ψηλαφᾷ. οὕτως Ἀναξίλας. καὶ ψηλαφῶ, αἰτιατικῇ.

Ψηλαφίζει. Pro, ψηλαφᾷ. Palpat. Tractat. Attrectat. contrectat. Manu tentat, & explorat. Sic Anaxilas. Et ψηλαφῶ Accuſatiuo. Palpo. Tracto. Attrecto. Contrecto. Manu tento, & exploro *Ariſtoph. in Pace. pag. 459. v. 28.* Ἐψηλαφῶμεν ἐν σκότῳ τὰ πράγματα. *Palpabamus in tenebris res. i. Res vt in tenebris manu tentabamus, & explorabamus. Hoc autem de iis dicitur, qui res obſcuris veſtigant coniecturis. Er. ad Chil. 3. Cent. 7. col. 776. ad. 59. Palpari in tenebris.*

Ψῆλαι. ἀντὶ τοῦ ψάλαι. κατὰ τροπήν.

Ψῆλαι. Ceciniſſe. *Dictum Atticè*, pro communi ψάλαι, per mutationem, *α in η verſo quod eſt aor. 1. act. infinit. à* ψάλλω. *Pſallo. Canto. Vide ſuprà.*

Ψήληκες, τῶν ἀλεκτρυόνων οἱ νοθαγενεῖς.

Ψήληκες. *Heſych.* ψηλαφηκότευμαι ψήληκες, τῶν ἀλεκτρυόνων οἱ νοθογενεῖς. Pſeleces, vel pſelices *dicuntur gallinaceorum* gallorum nothi-pulli, ſiue nothi-fœtus.

D Ψῆνας. τοὺς ἰχθύας.

Ψῆνας. Pſenas. Piſces *quoſdam ita quidam vocant.*

Ψῆνες, κωνώπια, τὰ ἐν τοῖς ὀλύνθοις γινόμενα. εἰ τινες καὶ τῶν ὀλύνθων περιάπτουσι δένδρων ταῖς συκαῖς, πεπαίνουσι τὰ σῦκα. καὶ ὑποψωνισμένη ἀπὸ τούτου, ἡ ἔγκυος.

Ψῆνες. Culices. Parui-culices, qui naſcuntur in groſſis. *i. in immaturis ficubus, vel, vermiculi quidam in groſſis nati, qui propterea culices ficarij vocantur,* qui etiam, quum groſſi circa ficus-arbores ſuſpenduntur, ipſas ficus maturant. *i. ad-maturitatem-perducunt.* Hinc autem *ducta translatione, mulier* ὑποψωνισμένη *dicitur, quam vir iniuit, & quæ eſt* grauida. *Vide* ψηνίζω *in Lex.*

Ψηνίζω. καὶ παροιμία. οὐδεὶς κομήτης, ὃς τις οὐ ψηνίζεται ὅς τις αὐτὸ δ' ἀκροτελεύτιον, αὐτὸς σὺ πρὸς τὸ ἦχος τοῦ τριμέτρου συναρμόσον. οὐ γὰρ ἔγωγε φθέγξομαι τὸ δεινὸν ἐκεῖνο πρᾶγμα, καὶ ὄνομα.

Ψηνίζω. *Rado. Polio. Caprifico. Et per translationem à caprificatione ductam, quæ fit per culices ficarios, qui ex groſſis euolantes, in ficus ingrediuntur, vt eas maturent, ſumitur pro Ineo, quod ad res venereas refertur interdum. Vnde* & prouerbium *manauit*, Nullus comatus *eſt*, qui non ineatur. ὅς τις οὐ. Hoc autem acroteleutium. *i. hunc verſus extremi finem* tu ipſe ad vocem trimetri accommoda. Haud enim ego ſaltem illam atrocem, *ac horrendam, & abominandam* rem, & nomen *eius* dicam.

E

Ψηνός. ὁ φαλακρός.

Ψηνός. Caluus.

Ψηνῖξαι. ξύσαι. σοβῆσαι.

Ψηνῖξαι. Raſiſſe. Abegiſſe.

Ψῆρας. ψαρούς. ὄρνεα. ὕμνηρες.

Ψῆρας. Sturnos. Aues, *quas Itali vocant ſternelli. Galli, Eſtourneaux.* Homerus *Iliad. Π pag. 507. v. 28.*

Κολοιούς τε, ψῆράς τε.

--Graculóſque, ſturnóſque.

καὶ αὖθις.

Et rurſus *Epigram. lib. 4. pag. 240. epigr. 177.*

F Ὁ πρὶν ἐγὼ καὶ ψῆρα, καὶ ἁρπάκτειραν ἐρύκων

Ille ego, qui priùs & ſturnum, & rapacem arcebam à

Σπέρματος ὑψιπετῆ Βιστονίαν γέρανον.

Semine altevolantem Biſtoniam gruem.

Homerus Iliad P. 667. v. 11. Ψαρῶν, *pro* ψηρῶν, *dixit.* Τῶν δ' ὥστε ψαρῶν νέφος ἔρχεται, ἠὲ κολοιῶν. *Horum autem vt ſturnorum nubes venit, & graculorum.*

Ψηρόν. ξηρόν.

Ψηρόν. Aridum. Siccum.

Ψησία. εἶδος ἰχθύων.

Ψησία. Pſeſia. Genus piſcium. *Vide Lex. Græcolat. in* ψῆσσα.

Ψῆττα. Pſetta. Latorum piſcium quidam *ita vocatur*. Quidam Bugloſſum *vocant.i.Lingulacam, ſiue Soleam.* Quibuſdam autem videtur *hoc piſcium genus* ex duabus pellibus conſtare, *ſi ſpectes eius externam* ſpeciē. In medio verò *corpore* diuiſum-eſt, vt veſpæ, *quæ medias corporis partes adeò graciles, & tenues, & anguſtas habent, vt ſuperiores ab inferioribus diuiſas habere videantur.* Vel, eſt auis, quæ veſparum inſtar, in medio *corpore* eſt ſecta, *quæ medium corpus ſectum, atque diuiſum videtur habere, quemadmodum veſpa. Ariſtophan. in Lyſiſtrata. pag. 543. v. 38. & 39. vbi legendum, vt apud Suidam, quòd hæc lectio ſit melior, quàm illa.* A

Ψῆττα. τῶν πλατέων τὶς ἰχθύων. ἔνιοι βούγλωσσον. δοκεῖ δέ τισιν ἐκ δύο συγκεῖσθαι δερμάτων τὴν ἰδέαν. διῄρηται δὲ κατὰ τὸ μέσον, ὡς οἱ σφῆκες. ἢ ὄρνεον ἐστὶ τετμημένον κατὰ τὸ μέσον, ὡς οἱ σφῆκες.

Ego verò vel tanquam pſettam puto me facilè, pacis impetrandæ causâ,

Ἐγὼ δέ γ' αὖ κἂν ὥσπερεὶ ψῆτταν δοκῶ

Daturam-eſſe meum corpus à me ipſa *reſectum dimidium,* B

Δοῦναι ἂν ἐμαυτῆς παρταμοῦσα θ' ἥμισυ.

vt pſettæ corpus in medio ſectum referat. Vide pag. 544. v. 9. & 10. *vbi quædam eſt huius loci dilucidior explicatio.* περὶ τῆς ψήττης *apud Athenæum ſub finem lib. 7. pag. 164 pluribus agitur.*

Pro. Quamuis accideret, vt dimidium mei *corporis* ſecaretur, *tamen pacis adipiſcendæ cauſa tantum dolorem alacriter tolerare* volo.

ἀντὶ τοῦ κἂν συμβῇ τέμνεσθαί μου τὸ ἥμισυ, βούλομαι.

Ψηφῖδες. Calculi. Lapilli.

Ψηφῖδες. ψῆφοι.

Ψηφίσματα. Decreta. Sententiæ, quæ *populo, vel Principibus, & Magiſtratibus* placent, *& quæ ſuffragiis eorum confirmantur. Et* ψηφίζειν, *&* ψηφίζεσθαι. *Decernere. ſuffragiis latis aliquid conſtituere, vel ſtatuere. Et* ἐπιψηφίζεσθαι. *ſuo ſuffragio addito ratum facere, comprobare, confirmare, ſciſcere, decernere. Vt,* Hæc autem *omnibus* ſimul-placuerunt, ſi Romanorum Rex hoc decretum ſuo-ſuffragio-comprobaret, Pro, *ſi decretum iſtud ipſi Romanorum Regi* placeret, *eóque contentus eſſet, & hoc ipſum addito ſuo ſuffragio confirmaret.* C

Ψηφίσματα. γνῶμαι ἀρέσκουσαι. ξυνήρεσε δὲ τὰ τοιάδε, εἰ ὁ ῥωμαίων βασιλεὺς τῷ δόγματι ἐπιψηφίσοιτο. ἀντὶ τοῦ ἀρεσθῇ.

Ψηφολόγοι. q. d. Calculilegi. Calculorum collectores. Sunt *autem illi*, qui calculis-ludunt, *q. d. Calculoluſores.* Pſephologici verò, *ſunt homines, qui calculis egregiè, & callidè ludere nouerunt, & qui propter iſtam iſtius ludi peritiam, & aſtutiam, in aliis quoque rebus alios aſtutè fallunt, generaliter verò ſic vocantur,* qui fallunt & decipiūt *aliquos,* quemadmodum pſephologi *ſpectantium, aut ſimul ludentium* oculos fallunt ipſa celeritate tranſpoſitionis calculorum, quum *calculos* corripiunt *eorúmque ſedem mutant, & eos aliò transferunt, tanta celeritate, tantáque manus dexteritate, vt nullus eorum, qui eos ludentes ſpectant, aut eorum, qui cum ipſis ludunt, fallaciam, & fraudem ipſorum obſeruare ſat citò poſſit. Vide Lex. in* ψηφοκλέπτης, *&* ψηφολόγος, *&* ψηφοπαίκτης. D

Ψηφολόγοι. ψηφολόγοι εἰσὶν, οἱ ψηφοπαῖκται. ψηφολογικοὶ γοῦν οἱ πλανῶντες, καὶ ἀπατῶντες, ὥσπερ οἱ ψηφολόγοι τοὺς ὀφθαλμοὺς τῷ τάχει τῆς μεταθέσεως τῶν ψήφων, ἀπατῶντες συναρπάζουσι.

Ψηφολόγοι. Pſephologi *dicuntur* etiam, qui curā gerunt fallaciæ, quæ fit per calculos, *eo modo, quem ſupra vides à nobis accuratè deſcriptum. Pro, Pſephologi quoque dicuntur, qui magno ſtudio calculis aliquos fallere conantur.*

Ψηφολόγοι, καὶ φροντίδα ποιούμενοι, τῆς διὰ τῶν ψήφων ἀπάτης.

